

George Weare Braikenridge.

BROOMWELL HOUSE.

No.

"Klein, in 1751, made his appearance as a Systematic Writer on Quadrupeds, & in his first Order follows the arrangement of our Countryman, Ray, but the changes he has made in separating certain Animals, which the last had consolidated, are executed with great Judgment. He seems less fortunate in his second Order, for by a servile regard to a Method taken from the number of Toes, he has jumbled together most opposite Animals, the Camel & the Sloth, the Mole & the Bat, the Glutton & Apes, happy only in throwing back the Walrus, the Seal, & the Manati, to the extremity of his System, probably, as Animals bordering on another Class."

Pennant.

IACOBI THEODORI KLEIN

SECR. CIV. GED.

SOC. REG. LOND. ET ACAD. SCIENT. BONON.

MEMBRI

QVADRVPEDVM
DISPOSITIO
BREVISQVE
HISTORIA NATVRALIS.

LIPSIAE

APVD IONAM SCHMIDT, BIBL. LVBEC.

1751.

20497(1)

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

Quid pergam calamum porro laceſſere?
Vires quid ſtudiis extenuam meas?
Feſſa ætas requiem jam mea poſtulat,
Et cani tumulum quærere ſuggerunt;
Nec me præterit ulla
Ducta lux ſine linea.

Agesis!

Extremo tandem finem poſuiſſe labori
Gaudeo; TRIVNI proprios venerabere honores
Cor noſtrum; DOMINO benedicte cuncta peracta
IPSIVS immenſa!

Pſal. CXLVI.

Laudabo Dominum in vita mea.

Clemens et Patiens, Verus, DOMINVS
DOMINATOR,
OMNIPOTENS NVMEN, GENI-
TORque æquæva Parenti
PROLES SERVATORque Amborum
MVTVVS ARDOR!

Sit

Sit, veneranda TRIAS, Cœli Terræque CREATOR,

Nunc honor et Cultus, TIBI ſit quoque Gloria ſumma

Æternumque manens æternæ in ſecula LAVDIS.

A L M E   D E V S

Supplex TIBI

flexo poplite Servus

JAC. TH. KLEIN.

QVA-

QVADRVPEDVM
DISPOSITIO
BREVISQVE
HISTORIA NATVRALIS.

§. I.

Animantia, quæ *beſtiæ*, ſunt vel apoda, vel bipeda, vel quadrupeda, vel denique multipeda: Ἄποδα, Δίποδα, Τετράποδα vel Κηζα, πολίποδα. Impræſentiarum naturalem diſpoſitionem QVADRVPEDVM præ manibus habens, *eorum* Ordines duos vel duo offendo Genera ſumma: alterum nimirum pedibus *ungulatis* ſive *cheliferis* (1) alterum pedibus *digitatis* (2). Ungulatorum ſunt familiæ quinque. Monochela (3), Dichela (4), Trichela, Tetrachela, Pentachela; Digitatorum vel Unguiculatorum pariter quinque: Didactyla, Tridactyla, Tetradactyla, Pentadactyla & Anomalopes. Anteriorum pedum præcipua habeatur ratio (5).

(1) *Ariſtot.* in biſulcis chelas ſive forcipes pro ungulis habet; Διχηλα; i. e. Ungula ſemel fiſſa, quod Μονονυχον ſive μονυχον ſit integris pedibus, ſive ungula non ſciſſa. *Euripidi*, Solipes, ſolidungulum μονοχηλον audit; *nobis* quadrupedia Ungulata ſive Chelifera dicuntur, quorum vel pedum *extrema* vel *digiti* pedum *undique* chela cornea *circumvallata*. Sic placuit Chela pro Ungula uti, non tamen *pertinaciter*; Diſtinxit *Ariſtot.* Ungulam a Chela 2 Hiſt. c. 1. *ibi*: Ovis biſulca eſt, forcipem enim pro Ungula habet.

(2) Et *Plinius* quadrupedia digitata dixit, prout aves alias digitatas, alias palmipedes. Alias genus tetradactylon vel pentadactylon: πολυχιδης πολυδακτυλον, quaſi multifidum, & multipliciter digitatum, manuum noſtrarum inſtar.

(3) Sive Ονοχηλα, ab ονοχηλεω, pedem aſininum habeo.

(4) Διχηλεω, ungulam habeo biſulcam; ita *Levit. XI;* Accuratius loquendo dixerim: Dichela non biſulca vel biſulcata, chelis ſive forcipe pro ungulis; ungula *ſemel* non bis *ſciſſa* vel diviſa, i. e. tegmine pedum corneo, quod τοις Μονονυχοις ſolidum eſt, in duas partes diviſo, ſuper quibus animal ſtat & incedit; alias etiam latius ſumitur vocabulum *ſulcatum* pro omni eo, quod in duas diviſum cuſpides; ſic apud *Plinium:* biſulca cauda, i. e. diviſa; & apud *Columellam:* biſulci rami; *Plauto,* in ſenſu morali: biſulca lingua.

(5) Unde eſt, quod in bove &c. vix habeatur ratio *ungularum ſpuriarum*, quibus retro in pedibus eſt inſtructus, cum forte non alium præſtant uſum, quam ad pedes, ſi prolabantur, ſiſtendos & firmandos; confer. *Rajus Syn.* p. 121. In digitatis obſervetur pollex pedum anteriorum, e. g. in Sciuris, Muribus &c. quod multa quadrupedia pedibus anticis pro manibus utuntur.

§. II.

VNGVLATA nonnulli vocant Jumenta; quod vocabulum a juvando operas noſtras derivat *Aldrov.* **Laſtbare Thiere.** Alii Jumenti nomen impoſuerunt omni pecori, quod mactari ſolet; græcis ſimile non conſtat; nam Κτηνος non ſolum pecus denotat, quod mactatur, ſed etiam quod immolabatur, & quod priſcis in præcipuis fuit divitiis. **Allerley Vieh** Κνωδαλων nomine venit. *Æſchylus* tria, quæ noſtris laboribus ſubeunt, numerat jumenta: *Equos*, *aſinos* & *boum* genus. Omnia Ungulata, nec non inter Digitata animalia illa, quæ vel tantiſper piloſa, aut quoddam, uti loquitur *Ariſtot.* pilorum genus (6) habent, Zootoka, i. e. *vivipara*, reliqua digitata vel cutacea vel ſcutata, Ωοτοκα i. e. *ovipara* ſunt. Cæterum prout inter *Aves* & *Piſces*, ſic & inter beſtias quadrupedes hic illic occurrunt *anomala.* Sic omne genus, quod ſua natura manſuetum eſt, habet etiam fera individua, non tamen convertitur, quod omne ferum manſueta quoque habeat individua. *Monſtra*, quæ dici ſolent, *Somnia* & *Oſtenta* non ſunt hujus loci.

(6) Prout *Erinaceus* & *Hyſtrix* pro pilis plures aculeos, pilis intermixtis, vel prout *Armadhillo* ſquamas inter corneas, cutem quaſi ſagrinatam, pilis rarioribus; in ventre totus fere piloſus; *vivipari;* E contra: *Teſtudo* vel *Crocodilus*, nullatenus piloſi; *ovipari.*

§. III.

§. III.

TABVLA SYNOPTICA VNGVLATORVM.

- **Ordo I. VNGVLATA.**
  - FAM. I. Monochelon
    - Equus. } §. IV.
    - Aſinus. } §. IV.
  - FAM. II. Dichelon.
    - Taurus
      - Domeſticus } §. V.
      - Ferus. } §. V.
    - Aries
      - Ovis } §. VI.
    - Tragus
      - Hircus } §. VII.
      - Ibex } §. VII.
      - Rupicapra } §. VII.
      - Gazella } §. VII.
      - Moſchus } §. VIII.
      - Sylveſtris *Grimmii* } §. VIII.
      - Bezaarticus } §. VIII.
      - Tragelaphus. } §. VIII.
      - Traguli Guineenſes } §. VIII.
      - Giraffa. } §. VIII.
    - Cervus
      - Nobilis } §. IX.
      - Rangifer. } §. IX.
      - Capreolus. } §. IX.
      - Alce. } §. IX.
      - Dama recent. } §. IX.
    - Porcus
      - Vulgaris Domeſt. } §. X.
      - Ferus. } §. X.
      - Moſchiferus. } §. X.
      - Babirouſſa. } §. X.
      - Guineenſis. } §. X.
  - FAM. III. Trichelon. Rhinoceros. §. XI.
  - FAM. IV. Tetrachelon. Hippopotamus. §. XII.
  - FAM. V. Pentachelon. Elephas. §. XIII.

§. IV.

ORDO I.

QVADRVPEDIA VNGVLATA.

FAM. I. MONOCHELON. Solipes.

I. AVRIBVS ERECTIS.

EQVVS. EQVVS. Pferd. Ιππος; Ιππαδα, Equa. *Hebræis:* Sus (7). Cavallus, Caballus, major Equus; forte a cavando, quod abunde cavet terram ungula; unde & Sonipes:

Quadrupedante putrem ſonitu quaſit ungula campum
It eques, & plauſu cava concutit ungula terram.

A. Domesticvs. cicvratvs. Equus cauda undique ſetoſa. *Linnæus.*

Septentrio fert & equorum greges ferorum, *Plin.* Equiferus, Ιππαργος, *Oppian.* In Sylva Dusburgam inter & Keyſerswerth aluntur equi, ad quos introducuntur egregii admiſſarii libertate donati, unde, venatione ſolemni inſtituta, vel quotannis excipiuntur *equiferi* idonei. Habitat interdum ſponte in Scania & Gotlandia, communiter cicur; ex Gothici maris inſula, totius orbis minimi. *Ionſton* quadr. 20. *Lin.* F. S. In der Tartarey gehen die wilden Pferde in groſſen Heerden mit einander: und wenn ſie zahme Pferde antreffen, ſo umringen ſie dieſelben, und verfolgen ſie. Sammlung der Reiſen VII Band. p. 76. *Homerus* Centauros φηρας nuncupavit, latinis hæc vox *feras* ſignificat. In *Theſſalia* primum, uti dicitur, domandorum Equorum repertus eſt uſus ad oppidum *Pelethronium:*

Frena Pelethronii Lapithæ gyrosque dedere, Virg.

Nota autem eſt fabula Centaurorum i. e. Semiequorum, unde *Lucretius:*

Num certe ex vivo Centauri non fit imago,
Nulla fuit quoniam talis natura animali.

Falluntur quoque, qui *Bucephalos* dari credunt, capite bovillo; cum Theſſalicis Equis nota Bovilli capitis inurebatur, ut bucephali dicerentur. Celebres modo dicuntur Equi: Arabes, Ægyptiaci, Perſi, Calabri, Hiſpani,

ſpani, Angli &c. Equus *caudam* habet tenore (die Riebe) brevi, pilis prolixis; fœminæ binas inter femora mammas. Ad motum animorum caudam & aures equi declarant, jubamque & Capronam in fronte. De *dentibus*, de ætate cognoſcenda & quæ reliqua, conſule *Equiſonum* ſcripta. Colores multum variant. In Theſauris Regiis Dresdæ Equus rariſſimus, farctus, coloris Iſabellini, cujus *juba* 9′, *caprona* 5¼′ cauda 25′. EQVVS.

(7) SVSAH, equa. Doctiſſ. *Car. Linnæo* placuit præter Equum operas noſtras juvantem & Suem nominaſſe, animal neceſſitatibus domeſticis non niſi mactatum inſerviens, quod Sus *latinorum* ipſi jumentum audit. Omnia Solipeda, & Dichela ruminantia, inter femora mammas habent, quorum fœtus ſtatim a partu pedibus inſiſtunt, quod matres inter lactandum non decumbant, ut Equa, Aſina, Vacca, Ovis, Dama, Capra, Cerva, Camelus &c. *Wharton*.

B. FERVS, genere ſuo; Zebra. Zecora. Burro do Matto. *Luſit.* Pilis fimbriatis & lineatis. ungezähmtes Pferd. Equus lineis transverſis verſicolor. *Linn.*

A velocitate Zebra; indicus, regionis *Congi;* Tenorem, quem *Plin.* etiam Cauſem appellat, habens longiorem ad dimidiam fere caudam, quem excipiunt pili prolixi, qui junctim ſumpti Muſcerium dici ſolent. Dicitur *mulo* ſimilis, cum tamen & auribus erectis, etiamſi paulo longioribus equi nobiliſſimi, & capite ſit equus; per integrum corpus, caput pedesque habet lineas triplici colore, nigras, candidas & fulvas, diſpoſitis juſta proportione fimbriis, tres fere digitos latis; Nonnullas vidi exuvias. Eſt Equus mere *ſylveſtris* & *ferus*. Cicuratus forte in locum equi ſuccederet, quod non novimus jam eſſe perpetratum. *Tellezius* hæc dedit: „Lumbos ambit circulus coloris nigri in morem cinguli, quem utrinque plures ſequuntur pro corporis proportione, modo latiores modo arctiores, tam nigri quam cineritii coloris, nitidiſſimi, tanta elegantia ac ordine, ut cuiuslibet etiam egregii pictoris artem ſuperare videantur; ſolis *auribus* dehoneſtatur, eas enim *paulo longiores* habet, ob quam cauſam a Luſitanis Burro do Matto, h. e. aſinus ſylveſtris, ſed *immerito*, cognominatur„. Et *Ludolphus:* „Infortunatum animal, quod tam pulchris coloribus præditur, *aſini nomen in Europa* ferre cogatur. Vid. ej. *Commentatio p. 150*, ibique optimam figuram. In tanto pretio eſt, ut vendita fuerit una Zecora 14 vel 15000 ſcutatis aureis. Confer. deſcriptio *Kolbii* p. 147. & *Pigafeta* in hiſt. regn. Congo. In Theſauris Regiis Dresdæ animal farctum exhibetur.

II. *AVRIBVS NEGLECTIS.*

ASINVS. A. ASINVS. Eſel. Ονος. Ab à, quod eſt Sine & *Sinos*, quod Senſus explicat *Bartholomæus* Anglicus Lib. 18. c. 7; quaſi *ſine Senſu.* Alii aliter. Equus cauda extrema ſetoſa; *Linn.*

Quod *Equus* pulchrior & laudatiſſimis animi dotibus ſit celeberrimus, *Aſinus* aſpectu turpis, animi infamis, tardus, piger, ſtupidus, verberumque patientiſſimus, frigoris tamen impatiens; hinc non alunt Aſinos populi ſeptentrionales; alibi agricolis & plebejis plerumque ſerviens. In Suecia habitat in magnatum prædiis rarius, aliunde advectum animal. *Lin.* F. S. Nulli non notum animal. Aures habet longiſſimas, latas, neglectas; labia craſſa, caudam in extremitate tantum ſetoſam, pilos duriſſimos, unde: *ab Aſino lanam.* Membri genitalis magnitudine præ cæteris quadrupedibus famoſus. *Longitudo*, quanta eſt inter cubitum & extremos digitos; a medio paulatim minoreſcit, dum perveniat ad glandem, ante cujus limites eſt craſſiuſculum. Lac Aſinæ multum commendatur Phthiſicis. Reliqua apud autores; inprimis apud *Severinum* IV Zootom. & *Stenonem* Act. Dan. Obſerv. 89. lib. 2.

B. ASINVS biformis. Hybridus. MULVS a μολος, i. e. labor. Maul-Eſel, Zwitter-Eſel. ζωον ετερογονον.

Fœtus ex animalibus ſpecie diverſis. Secundum *Iſidorum:* Mulus, quod jugo piſtorum ſubactus tardas molendo ducat in gyrum molas. *Columella* muli nomen commune eſſe vult *ad tria animalia:* „ mula, inquiens, non ſolum ex equo & aſina, ſed & ex aſino & equa, itemque onagro & equa generatur. „ *Plinius* vero: Equo & aſina genitos mares Hinnulos antiqui vocabant, contraque mulos cum equa conjunctos γιννος procreare. Diſceptant autores, an muli & mulæ *ſteriles* ſint, nec ne. Videtur, antiquos certos vel aſinos vel equos *fœcundum* muli *genus proprium* dixiſſe, quoniam *Ariſtoteles:* „ Sunt in Syria, quos *mulos appellant*, genus diverſum ab eo, quod coitu equæ & aſini procreatur, ſed *ſimile facie* -- procreant ejusmodi mulæ *ſuo in genere* „ & alibi: In terra Syria ſupra Phœnicem Mulæ & *cöeunt & pariunt omnes*, ſed id *genus diverſum* eſt, quanquam ſimile. Huc trahendi: die wilden Mauleſel des Landes der Mongolen und der Kalkan. Sammlung der Reiſebeſchreibung VII Band p. 75. ibique in nota e) Gerbillon traf auf ſeiner zweyten Reiſe in die Tartarey eine Gattung von wilden Mauleſeln an, die ſich ſelbſt fortpflanzen, Confer. VII Band p. 614: Hat groſſe Ohren, einen lan-

langen Kopf, einen ſchmächtigen Leib, und lange Beine; das Haar war aſchenfarbig; die Klauen und Füſſe ungeſpalten, wie bey andern Mauleſeln. ASINVS.

Moderni Muli, Maul-Eſel, cum Equam habeant matrem; Aſinum patrem, partim matri partim patri ſimiles ſunt, tanquam *tertium quid*, magis tamen patri quam matri, cujus etiam vocem referunt; longe vero majores ſunt patre, quod matris volumen corporis eſt amplitudine majus, ex quo eduntur. In Hinno autem omnia contra ſe habent, a matre videlicet Aſina & Equo patre. Hi raro alicubi curantur; nec operæ pretium foret; habent enim aures longiores; crucem in humeris, pedes exiguos, corpus macilentum, reliqua equi.

Eligantur autem pro Mulis admiſſarii *aſini* ampliſſimi & formoſiſſimi, qui haberi poſſunt, ut antiqui dicebant: *Seminio nati bono arcadico.* Longe pulcherrimi nigri, qui non incanum ventrem ſed concolorem habent; vel ſecundum *Palladium*, nigri vel murini maxime coloris, aut rubei; de matre equa vid. idem *Palladius.* Solent equiſones Equam in *foveam* demittere, ut Admiſſarius commode ſubſilire queat.

C. ASINVS ſylveſtris, Aſiniferus. ONAGER. Wald-Eſel. *Raji.*

Non nego dari aſinos ſylveſtres; ſed exiſtimo, ſylveſtrem a domeſtico differre, prout differunt equi feri ab equis domeſticis (*). De *cornutis* autem *Aldrov.* Denturne? & ſi dentur, ſpeciene differant? non habeo, quod dicam; *porro*: Recentiorum quidam obſcuri Onagrum ſive aſinum ſylveſtrem indicum magnam & crudelem feram eſſe ſcribunt, cornu unico duro, acuto & longo: robur ei eſſe tantum, ut ingentia de rupibus ſaxa evellat; idque vim ſuam experiundi gratia. *Quæ virtus Rhinoceroti attribui ſolet.* Idem *Aldrov.* celebrabatur modo & alia fera in eadem India, quæ ſingulari quadam prærogativa Monoceros, ſive Vnicornis, ab unico Cornu, quod in fronte perhibebatur geſtare, nominatur; quæ nunquid etiam detur, nunquid cum hoc indico aſino ſit eadem &c.

Hiſtoria Unicornu terreſtris, multis figmentis aucta, lippis & tonſoribus nota eſt, cujus tamen veſtigia amplius non adeo perſentiſcimus, poſtquam

(*) Teſtatur *della Valle* Itin. IV. Aſiniferos in India per omnia ſimiles eſſe domeſticis aſinis, a capite ad caudam uſque linea alba notatos; ſed curſu & velocitate pedibus gracilioribus domeſticos ſuperantes. *In Catalogo animal. quadrup.* Petrop. N. 1. *Mulus* dauuricus fœcundus, Origichai Mongolorum in Dauuria, Meſſerſchm. an Onager Raji Synop. Anim.?

ASINVS. quam in locum famati illius Cornu ſucceſſit Dens Monodontis *Artedi* ſive piſcis Phyſeteris Narwhalis. Interim tamen multi recentiorum venantur umbras Monocerotis, Onagrorum nimirum *Herodoti*, *Æliani*, aliorum antiquorum, in Scythia & in Africa, nullo hactenus capto, præter iconiſmos quaſi per inſomnium. *Ionſtonus* introduxit Onagrum cornubus duobus, quod vero *Solipes* non ſit, idcirco Onagrum appellare recuſat; quippe *Ariſtoteles*: Lib. II. c. 1. *Solipes idemque unicorne*, quanquam rarum ſit, ut aſinus indicus, ille enim & unicorne, & Solipes eſt. Sed & *Gillius*, interpres *Oppiani* ORYGI duo impoſuit cornua, quod *Oppianus* Orygem quidem in ſingulari, mox autem in multitudinis numero appellat. Quidquid autem ſit de Onagro; viſum eſſe Unicornu a *Ioanne Gabriele* apud Agawos in Regno Damota refert *Ludolphus*: animal ſcilicet pulchro in fronte cornu, quinque palmos longo & albicante præditum: mediocris equi magnitudine & forma, coloris ſpadicei, jubis atque cauda nigris, ſed brevibus & tenuibus, in denſiſſimis ſylvis ſolitarium vivere & raro in campis progredi. *Ipſe* tandem *Ludolffus*: Quæ veteres recentesque autores de unicornibus ſcripſerunt, tam confuſa reperias, ut quædam de Rhinocerote, quædam de Oryge, quædam de Aſinis indicis, quædam etiam de Ceto Groenlandico accipienda ſunt. Superaddam adhuc duo de Vnicornu *teſtimonia*, quæ autem ita ſunt actitata, ut quilibet, cui Titan præcordia dedit, mox intelligat, ab actis noſtris removenda. *Cardanus* dicit: Animal rarum, equi magnitudine, pilo muſtelæ ſimillimo, capite cervino, in quo cornu creſcit unicum, cubitorum trium longitudine, media in fronte, atque rectum, in imo autem amplum, tendens in aciem: collum illi breve, juba rariſſima, & in alternam tantum partem tendens; *crura veluti capreolo*, *tenuia*; poſteriorum tenuior pars multo pilo villoſa, ungulæ *bifidæ*. In univerſum ſi quis advertat, cervi naturæ non eſt abſimilis, præter cornu illud; ferum valde eſt. Naſcitur in Æthiopia inter ſolitudines, ſqualentemque terram atque inter ſerpentes --. *Garcias ab Horto* aliud tale ait inter promontoria bonæ ſpei & Capo de currentes viſum animal *terreſtre*, quod *& in mari* delectaretur, caput & jubam equi haberet, cornu præditum duos palmos oblongo, mobili, quod modo in ſiniſtrum & dextrum obverteret, modo attolleret & demitteret; id cum Elephanto ferociter præliari --. Plura in hiſtoria RHINOCEROTIS; nota (26) (27).

§. V.

§. V.

FAM. II. DICHELON. Biſulcum.

Cornutum (8) Horn-Vieh. Gehörnte Thiere.

(8) Vel etiam *cornubus mutilum* genus, i. e. non niſi eminentiis loco cornuum, Humliche Böcke, Humliche Ziegen. vid. HIRCVS. Hæc animantia *ruminant* omnia. Diverſa inter ſe biſculcorum cornua. Bovino, Ovino, Hircino, generibus vel bina vel plura, inflexa ſive curva; Cervino ramoſa; reliquis ſimplicia, tenuia quædam, quædam craſſa, quædam lata, quædam anguſta, minime decidua; immobilia omnibus, bobus tamen *phrygiis* dicuntur mobilia. Boum & Hircorum fœminæ, ſi habent cornua, marium cornubus minora ſunt & imbecilliora. Quædam, ut Hircorum uterque ſexus, acornua, oviumque fœminæ, inprimis ſeptentrionales; *Hippocrates vult*, apud Scythas, *Nomades* vocatos, boves eſſe ſine cornubus. Pecorum materies cornuum & ungulorum eadem, oſſibus proxima, ut loquitur *Philoſophus*, diciturque illam non ſufficere in excornibus, ſed uberius tranſire in ungulas. *Rajus* ridiculam eorum rationem ait, qui aſſerunt, quod materia illa, quæ in aliis animalibus generandis primoribus dentibus (quibus carent biſcula cornuta) impenditur, his in Cornua abſumatur. Omnium Cervorum cornua annuatim decidua; quorum materies a teſticulis derivatur, quod probatur experientia; cornubus enim poſitis caſtrati Cervi ſervant illa, dejectis cornubus caſtrati exeornes manent.. Sic pecorum excornia non niſi varietates ſunt; non dixerim anomala; quippe & capræ cornubus mutilæ ex congreſſu cum Hirco acorni quandoque gemellos edunt hinnulos alterum excornem, alterum cornutum. Neque Rangiferum tollas ex claſſe Cervorum, quod fœminæ ſunt cornutæ, Cervorum Alciumque autem fœminæ excornes. Nec alibi major laſcivia naturæ ludit animalium armis; tribuit ſimplicia, ſparſit in ramis, aliorum finxit in palmis, digitosque emiſit ex iis; convoluta in anfractum arietum generi; in Tragis & fœminis, prout Vaccis, tribuit; in nonnullis tantum maribus; Rupicapris in dorſum adunca, aliis in adverſum; erecta vel & rugarum ambitu contorta & in læve faſtigium exacuata aliis; Singularia non nullis, vel in capite aut naribus. Iam quod aliis in concurſum robuſta, aliis ad ictum; aliis adunca, aliis ad jactum pluribus modis, ſupina, converſa, convexa, omnia in mucronem migrantia. Multorum vacua juxta caput, & in extremo ſolida, in cervo qua maximam partem intus poroſa, in Alce & ſimilibus ſolida, & quæ porro. Ruminant omnia; vid. Diſcurſ. noſtr. de *Ruminantibus.*

I. TAVRVS, Stier, Boll (9). VACCA, Kuh. BOS, Ochs, TAVRVS.
Bos proprie dicitur, qui caſtratus eſt, ut aptior aratro fiat, aut ad cibum ſaginetur; ſolet tamen Taurum quoque & Vaccam, ſuo ſignificatu comprehendere, quandoque & Vitulum, Kalb, ſignificat. Ταῦρος quaſi Τατυουρος à caudæ extenſione, vel quaſi γαυρος i. e. ſuperbus. Rurſus TOR & TAVR (Syris). Taurus ſumitur aliquando pro bove

Bella diu tenuere Viros; erat aptior enſis
Vomere, cedebat Taurus arator equo.

Diſcernuntur in prima ætate Vitulus & Vitula, in ſecunda Iuvencus & Iuvenca, in tertia & quarta Taurus & Vacca.

(9) Tau-

TAVRVS (9) Taurus diſtat a Bove, quod *tauris* in aſpectu generoſitas: torva fronte, auribus ſetoſis, toroſiore cervice; ventre paulo ſubſtrictiore, cornubus brevioribus, & in procinctu dimicationem poſcentibus: Sed tota comminatio prioribus in pedibus ſtat: ira gliſcente alternos replicans, ſpargensque in altum arenam. Tenor longus, pili breves. Vaccæ *mammas* habent inter femora quatuor.

A. TAVRVS DOMESTICVS cum Vacca. Bos cornubus teretibus flexis. *Lin.*

Vbique terrarum domeſtica cornigera omnibus nota; ſed tot plerumque differentiæ pecorum, quot loca ſunt, fertque omnis tellus, ubi naſcuntur, ſuum. Diſſimilia pariter gerunt *cornua*. Tauris minora tenuioraque quam Bobus, ſed ad radicem craſſa, recta, rigida & minus prolixa. Aliæ formæ aſiaticorum, aliæ europæorum, africani plerumque Boves gibboſi. Taurus cornubus breviſſimis magnitudine vituli ſemeſtris, in dorſo ad armos gibboſus: The little Indian Buffalo *Edward de avibus 200.* In Æthiopia tanta copia Boum, ut viginti uno ſoleant permutari equo. Ægyptus majores quam Græcia nutrit. In Africa paſſim e Boum cornubus vaſa fieri dicuntur, quæ quinque ſexve metretas ſingula capiant, ex quo conjicere licet ingentis molis corpora (10). In Anglia & Hollandia æſtivis diebus 40 ad 44 lactis heminas vaccæ ſingulæ in mulctralia refundant. Novimus, quanta copia pecoris Hottentottorum. Ampla armenta ex Podolia quotannis ad nos introducuntur, & Laniatoria Gedanenſium exteris facile palmam diſputarent.

(10) In *regno Adeæ*, uti teſtantur quidam Itinerarii, vaccæ ſunt magnitudine æquantes Camelum, candidæ, ſine cornubus, auribus proceris ac pendulis. In agro *Comandiano* boves ajunt eſſe maximos, brevibus tamen cornubus & hebetibus; nulla macula candor vitiatur; Cameli gibbus eis & robur par. *Carici* Boves, de quibus *Plinius*, in parte Aſiæ, fœdi viſu, tubere ſuper armos a cervicibus eminente, luxatis cornubus, excellentes in opere narrantur: cæteri nigri coloris, candidive. De *Vacca Barbariæ* vid. (*de la Vache ſe Barbarie*) *Mem. pour ſervir à l' hiſt. nat. des Anim. 1733.* II. Part. p. 24; Capite prælongo, tenore brevi, collo longiore; oculis altius poſitis, quam in Vacca vulgari. De TAVRELEPHANTIS, qui duplo majores noſtratibus dicuntur, vid. *Ludolff. in Comment.* p. 145. ex epiſtola Patriarchæ *Mendezii* & *Philoſtorgii* Lib. 3. c. 11. qui ejusmodi Bovem ex Africa ad Romanos Conſtantinopolim delatum vidit: „Habet & terra illa maximos & vaſtiſſimos Elephantos: imo & „Taurelephantos (ut vocantur) quorum genus, quoad cætera omnia BOS MAXIMVS „eſt, corio vero coloreque elephas, & ferme etiam magnitudine," quod *Bernierus* confirmat, qui Cornu apud Habeſſinicum ad magnum Mogolem Legatum vidit.

BVFFELVS, Büffel, quod domari ſe patitur, ad Tauros domeſticos trahitur, quaſi ſimilis Boum ſylveſtris. Buffelos *Aldrov.* vidit Romæ, Florentiæ & in aliis Italiæ urbibus quibusdam, neſcius unde fuerint. Collum jugo ſubmittit Buffelus, ſed irritatus audax ferusque & infeſtus homini; *Gallis* Beufle, *Hiſpan.* Bufano. Bovi ſimile animal, ſed majus altiusque

tiusque corpore valde craſſo, cute duriſſima, membris macilentis; pilos habet nigros paucos ac parvos & in cauda (in tenore caudæ) fere nullos; Frons eſt aſpera, criſpa & intricatis pilis; caput geſtat ut plurimum pronum ad terram, parvum reſpectu corporis, cornua habet longa, intorta, nigra. De veterum BVBALIS nihil certi, & *Geſnerus* Bubali nomen omnino incertum pronunciat, jam *Plinii* ſeculo confuſum. Alius eſt Græcorum, qui latinum nomen non habet & ſemper de Africano ſumitur. Hodie multi Boves ingentis molis & longiſſimorum cornuum vulgo Bubali vocari ſolent. E contra *Bellonius* L. 2. c. 50. cum exiguum africanum Bovem primum conſpiceret quadrato & bene habito corpore, & expolito, ſubito in ſuſpicionem venit, id animal eſſe, quod veteres Græci BVBALON nuncuparunt. Jam erat ætate grandis, corpore minor Cervo, ſed habitiore, & majore quam Caprea, tam quadrato & bene formato corpore, ut oculis gratus eſſet ejus aſpectus, nam ejus pilus flavus adeo ſplendens & lævis erat, ut expolitus videretur. Bovis, inquit *autor*, mugitum habet, ſed non adeo ſonorum; breviter, ſi quis imaginetur, ſe conſpicere puſillum Bovem quadrato corpore, pilo fulvo & ſplendente, cornubusque lunatis, ſurrectis & in ſe recurvis; BVBALI ideam habebit; addidit iconem *Bellonius*, timidumque dixit animal. TAVRVS

B. TAVRVS ferus; trux oculis & toto aſpectu; barbatus; circa collum & in armis villoſus; Boves feros græci Αϱγυες natura ſive ingenio fero & ſylveſtri vocarunt; agreſtes vero & cicurandos Αγϱαυλες. Vel VRI vel BISONTIS nomine venit; Hic ab illo differre dicitur collo ad armos uſque jubis horrido, dorſo in gibbum aſſurgente; hodie Biſontis nomine non utimur, quod ambo ſunt *varietates*.

VRVS, BISON; Urochs, Auer=Ochs, vel ab Οϱων, a montibus, in quibus plerumque verſatur, vel ab Ur, veteri vocabulo german. i. e. Sylveſtris; Sic *Urogallus major* dicitur Ur=Auer=Hahn. Bos cornubus teretibus flexis: *Linn.*

α) EVROPAEVS.

In Pruſſia & Lithuania peculiaris beſtia eſt, vid. *Maſecovii* Diſſert. I. II. de Uro. Hartknoch Preuß. Hiſtorie I. c. 13. §. VIII. darnach haben die Preuſſen zu ihrer Haushaltung auch einige ſeltſame und in andern Ländern kaum oder ſelten befindliche Thiere zu jagen pflegen, unter denen iſt inſonderheit der Auer=Ochs. Heutiges Tages werden die Auer=Ochſen in Samland gefunden, unweit dem Flecken Taplack. Conqueritur *Aldrov.* quis revera ſit, niſi diligenter advertas, difficillime ab autoribus, qui de

 eo

TAVRVS. eo ſcripſere, diſces; plerique enim eum vel cum Biſonte, vel cum Bonaſo, vel cum Bubalo aliisque confundunt. *Cromero* Lib. I. Biſon idem quod VRVS; & *Anton. Vied.* in tab. Moſcov. Alba Ruſſia ſive Moſcovia, qua jungitur Lithuaniæ pars, VROS in Sylva Hercynia (11) producit; & *S. Neugeb.* a Cadano in Moſcov. comment. p. 58. Sylvis, ſaltibus ac nemoribus plena eſt Moſcovia, cujus bonam partem Hercynia ſylva occupat, reperiuntur ibi, præſertim ea in parte, quæ ad Pruſſiam vergit, Uri feroces & ingentes, quos Biſones alii vocant. Sic *Schottus* Ph. cur. L. 8. c. 10 exiſtimat, quos aliqui *barbatos* ſtatuunt, non Uros ſed Biſontes (12). *Seb. Münſter* L. V. de Germ. das Land Preuſſen zeugt wilde Ochſen, die man Uros und zu teutſch Auerochſen nennet, die ſehen den zahmen Ochſen gar nahe gleich, (inter quos tamen vel ſola facie magna intercedit diverſitas,) allein, daß ſie kürzere Hörner haben, und lange Bärte unterm Maule. Ex effigie Biſontis, quam habet Baro in *Herberſtein*, quamque Diſſertationi ſuæ ſubjecit D. *Maſecovius*, clarius patet, quod ejus Biſon ſit VRVS; huic ille titulum dedit: Urus ſum, Polonis TVR, Germanis Aurochs: Ignari nomen BISONTIS dederant. Anno 1595 d. 28 Febr. Joann. Sigism. Brand. Dux Pruſſiæ quaternis ictibus globorum necavit Urum, quem *Hennebergerus* H. Gr. p. 251 ſic deſcripſit: Derſelbe iſt in der Höhe, als vom vordern Fuß bis auf den Rücken geweſen vierthalb Ellen hoch und 5¼ einer Ellen lang von der Stirn zwiſchen den Hörnern bis an den Schwantz, und hat 19 Centner und 5 Pfund Nürnb. Gewicht gewogen. Robur Uri ingens ac ſtupendum. Cornua ſunt brevia, ſed valentia, majusque robur a fortiſſimis armis & cervice brevi lucrantur VRI. Oculi irritatis, ignis ad inſtar, radiare videntur. Lingua valde aſpera, quod Regiomonti ex cavea egomet expertus ſum, acerrimam enim deprehendi lambentis beſtiæ. Barba in aliis longior, in aliis brevior, variatque tota villoſitas capitis humerorumque. Criſpi pili in fronte redolent indolem muſci. Corium firmum & craſſum. Vaccæ plerumque majores Tauris, nihilominus parvas habent mammas, ut vix in conſpectum veniant. De paſtu & conſervatione Urorum vid. laudatum *Maſecovium.*

(11) Palam inde fit, non eſſe *Sylvam Hercyniam*, quæ olim in Suevia incepit, & per totam Germaniam extenſa, ſucceſſu temporum autem exciſa, cujus adhuc pars Bohemiæ, Böhmer-Wald, alia Brunſuicenſis, der Hartz, adhuc alia Thuringæ, Doringer Wald, (Thüringer). De illa *Jul. Cæſar* Lib. VI. In Sylva Hercynia naſcuntur, qui appellantur *Uri*; & *Jul. Solin.* cap. 31. In hoc tractu & in omni ſeptentrionali plaga ſunt *Uri*, quos imperitum vulgus vocat *Bubalos*. Et quidſi quondam in Sylva Hercynia Germaniæ media fuerint, nunc tamen, mutatione amplius non ſunt. Uros in Sylva Hercynia a Varſavia quinque milliaribus prope Sochaczoviam & Roſzkam *Thuri* vel *Thurones* (Tur *Polon.* urus) ingenti multitudine aluntur; & pro varietate Urorum pruſſicorum habentur. *Rzaczynſki I.*

(12) *Lau-*

(12) *Laurent. Surius Carthuſianus* vult diverſa eſſe animalia Urum & Biſontem, quod Biſontes jubati ſunt & villoſi circa collum & in armis, barba a mento propendente, pilis moſcum redolentibus, capite brevi, oculis grandioribus & torvis, quaſi ardentibus, fronte lata; quæ omnia & in *Uro* obtinent; quod autem addit idem: Cornibus plerumque adeo deductis & porrectis, ut in iis tres bene corpulenti homines inſidere queant, hoc aſſertum potius ad BOVES africanos maximos, qui *Taur-elephantes* vocantur quadrat, non ad Biſontes; de illis abſoluta Hiſtoria hactenus deficit; vid. ſupra *not.* (10); interea conferatur prodigioſum Cranium, quod cum Regia Societate Angl. *Phil. Trans. No. 426.* p. 427 communicavi; & *Franc. Bernier* Tom. I. p. 182. ſupra nominatus, ubi de Cornu bovino magno Mogoli oblato: „Un „corne de Bœuf plein de Civette; c'étoit auſſi un prodigieux Corne; j'en meſurai „l'ouverture-elle avoit plus de demi-pied de diametre.„ Solus quidem *Ariſtoteles* Lib. 2. c. 1. adhuc Bovis meminit ſub nomine BONASI; *Ælianus* & *Plinius* deſcripſerunt ſua ex illo, &, ut vult *Aldrov. Solinus* ex Plinio; Dicitur ejus corpus hirtum ut Sui, Urſo, Cani; aliis collum hirtius, ut Leoni & reliquis jubatis: mox prona tantum Cervicis parte, a capite ad ſummos armos villi, ut Equo, Mulo & reliquis capronatis; mox vero ex Boum genere eſt, ſed corpore, quam Bos, latiore: & quæ plura, mittimus ergo Biſontes & Bonaſos, ut retineamus Urum. TAVRVS

β) INDICVS.

Biſon *Catesbeji* in Append. p. XXVII. tab. ult. americanus. Le Buffle. The Bufalo. Sa tête eſt large, ſes cornes ſont courbées, groſſes à leur racine, & rentrent en dedans; Il y a ſur les Epaules une boſſe tres groſſe & tres elevée. Sa poitrine eſt large, & la partie poſterieure de ſon corps etroite. Sa queue eſt d'un pied de long, & n'a pas tout poil qu'une touffe de longs crins à ſon extremité. Tout le corps du Buffle eſt couvert en hiver d'un poil long & rude, qui tombe en Eté, & laiſſe voir une peau noire & ridée, à l'exception de la tête, qui demeure velüe toute l'année. Le poil qui eſt ſur le front du Mâle eſt d'un pied de long, épais, & friſé & d'un noir ſale: comme il lui pend ſur les yeux, il l'embaraſſe dans ſa fuite & eſt ſouvent cauſe de ſa perte. Mais cet obſtacle à ſa vüe eſt en quelque maniere reparé par la fineſſe de ſon odorat, qui ne contribue pas peu à ſa ſeureté - - . An TAVRVS mexicanus *Jo. Fabri Lyncei?* ex cujus deſcriptione cauda inprimis differt, quæ huic equina potius, quam bovina dicitur. An *Theveti?* ex recenſione *Ambr. Parei* lib. 24? in novi orbis Florida, Butrol Barbarorum, pedalia cornua gerens, gibbamque in dorſo camelinæ ſimilem, pilo promiſſo & fulvo, cauda Leonina; nunquam cicuratur niſi matri ereptus.

§. VI.

II. ARIES, Widder. Ovis, Schaaf. Vervex, der Hammel, Schöps. Agnus, das Lamm. *Pecus lanare* (13). *Ariſt.* Arietem τον ὄϊν, τον κϱιον dixit, veteres Ἄϱην; Ovem πϱοβατον; Vervecem, Ἐϑϱιν. *Varrino:* ARIES

ARIES *rino:* Ovis κάϱ, βῆκα, παϱα το βὴβη. Balare dicitur. Ovis cornubus compreſſis lunatis. *Lin.* (*)

(*) Schaafmütter ſo wohl als Böcke in Jßland, haben nicht nur groſze und gewundene Hörner, ſondern deren auch gemeiniglich mehr als vier, ja bis zu 8 (welches auch den Böcken in Gottland gemein) und unter denſelben manchmal ein ganz gerade vor dem Kopfe herausſtehendes Horn. Anderſon Jßland p. 34. dagegen haben Ochſen und Kühe daſelbſt keine Hörner p. 37. *Olaus M.* L. 17. c. 1. Habet tota ſeptentrionalis regio magnorum Arietum ut & Ovium multitudines, in quibus & fœminæ cornua gerunt arcuata.

Diligenti deſcriptione non eget; animal enim notiſſimum, etſi interdum varie generetur; & feræ nullo fere negotio manſueſcunt Oves; de quibus *Columella:* „cum in municipium Gaditanum ex vicinia Africæ miri „coloris ſylveſtres ac feri arietes, ſicut aliæ beſtiæ munerariis deportaren„tur, patruus meus quosdam mercatus in agros tranſtulit, ubi greges vi„dentur quam plurimi„. Vix ergo dici debent Oves africanæ FERAE, etſi non ſub tecto in Africa colantur. Animal fertiliſſimum eſt Ovis. Tota Arcadia item Armenia πολυπϱόβετοι vocantur propter immenſam Ovium copiam. Multæ eorum differentiæ; Nominabimus nonnullas:

Arietem ſ. *Ovem* πλατυκεϱον *orientalem* caudam latam adipoſam XL & amplius librarum in ploſtello trahentem, & *aliam* cui cauda quoque obeſa ſat grandis eſt; *ambas cornutas;* In *Arabia* duo genera: unum quod caudas habet tres cubitos longas, quæ ploſtellis imponuntur; alterum ad cubitalem latitudinem caudas gerit; *carentque cornubus*, **breitgeſchwänzter Widder.**

Arietem Stepſicerotem, cornubus erectis & in ambitu canaliculatis; *cretenſem.* **Hochgehörnter Widder.** Ovis cornubus erectis ſpiralibus, *Linn.*

Arietem Güineenſem: auribus pendulis; ſcroto magno, pene in medio ventre, cornubus parvis ad oculos incurvatis vel tortis; pro lana pilos breves holoſericos habentem, juba quaſi ex longis pilis ad collum pendula; Sic in pecude pro lana pili, prout in hominibus nigritis pro pilis lana. Dedit quoque *Aldrov.* figuram Arietis hirſuti Italici, longiſſimis pilis, qui caput tantum & pedes habet aterrimi coloris, caudamque longiſſimam. **Güineeſcher Widder.** Ovis auribus pendulis, palearibus laxis, occipite prominente; *Linn.* Aries albus Judæorum, **Verſöhn-Bock**, conferendus cum Ariete Guineenſi *Ruyſchii* Theatr. O. Anim. tab. XLVI.

Bæticis Ovibus ex pabulo color; ſunt ibi & rubræ, ſi *Martiali* fides danda L. 9. Ep. 62. Ex pecore duplex, inquit *Varro*, utilitas; *Una:* tonſura, quod oves & capras detondent & vellant; *altera*, quæ latius patet, eſt

eſt de lacte & caſeo, quod Scriptores græci ſeparatim Tyropœjam appellaverunt; ſed ARIES.

- - - ſuperat pars altera curæ
Lanigeros, agitare greges, hirtasque capellas.
Hinc labor - - - Virg.

(13) Secundum lanam hoc pecus etiam variat. Scythas vult *Ariſtot.* molli eſſe pilo, at Oves Sauromaticas duro. Hæ non ſunt, quas vocat *Horatius* pellitas, i. e. non teguntur pellibus, quales ſunt montoſæ, paſcales, hirtæ; μαλακα προβατα *Polybii*; de quibus *Varro:* peræque faciendum in ovibus pellitis, quæ propter lanæ bonitatem, ut ſunt Tarentinæ & Altinates, pellibus integuntur, ne lana inquinetur, quo minus vel infici recte, vel lavari ac parari poſſit; harum præſepia ac ſtabula, ut ſint pura, majorem adhibeant diligentiam, quam hirtis. *Plinius*, Ovium ſumma genera duo, tectum & colonicum habet; illud mollius, hoc in paſcuo delicatius; colonicæ enim montanæ dicuntur, unde montanum veſtimentum ὀρεκὸν ἱματιον, ex lanâ ſqualida & non pectinata. In genere Lanæ diverſitas penes regionum varietatem. Lana *Apula* laudatiſſima. *Angliæ* lana præſtans, ſed præſtantior *hiſpanica* ex ovibus anglicis in Hiſpaniam deportatis. Recte *Virgilius:*

Si tibi lanicium curæ, primum aſpera ſylva
Lappæ tribulique abſint; fuge pabula læta.

Anderſonius de Ovibus Islandicis: daß ſie mit gar grober und garſtiger Wolle verwahret, rühre vom ſchlechten Futter her; maßen bekannt ſey, daß, je gelinder das Clima, und je beſſer die Weide, deſto feiner und zärter auch die Wolle der Schaafe und die Haare der Ziegen. Sic & *Busbequius* de Leg. turc. Epiſt. I. Gramine paſcuntur per eos campos exili & ſicco, quod ad lanæ tenuitatem multum conferre certum eſt. Nam conſtat, alio translatis non manere eandem, ſed una cum pabulo mutari, totasque ita degenerare capras, ut vix agnoſcantur. Interim tamen verum quoque manet: Sub clementi cœlo, gramine exili & ſicco utatur, non *pabulis lætis* i. e. gramine laſcivo. Illico ſuſpectum animal *Marcgravii* eſt Peruvianum, ſive Ovi-Camelus, lana præſtantiſſima, PACO dictus, poſticos pedes in *ungulas biſulcas*, priores in *quatuor diviſos ungues* habens.

§. VII.

III. TRAGVS. Τράγος (14) Hircus. Ziegen-Bock. Capra, Ziege. Caper, ſi caſtratus. Pecus piloſum minus; plerumque barbatum. Et Caprarum gregibus ſua laus eſt, *Plin.* Capra cornubus carinatis arcuatis. *Linn.* TRAGVS.

(14) Ω Τραγε, τᾶν λευκᾶν αἰγᾶν ἄνερ
O Hirce, marite albarum caprarum.

Hircus mutilis cornubus κόλος *Varino*; & *Heſychius* interpretatur κολὸν oxytonum, magnum hircum ſine cornubus; κολος Τραγος, hircus cornubus mutilus & κολος Βȣς, mutilus Bos. Ἴϑ᾽ ὦ κολȣ, καὶ λεγε Μιλῳ: Abi tu cornubus mutilate, dic Miloni. Forte Kohlhaſe a κόλε, quaſi mutilus. Nam omnibus *Plinius* cornua eſſe negat. Nobis vulgo humliche Böcke, humliche Ziegen; cœci, mutili.

DOMESTICI noſtrates cornua habent adunca, longa, ad medietatem longitudinaliter complanata & acuta, ſimplicia; itaque ut Tragi ſint cornuum, ſi habent, ſimplicium habeatur ratio. Plerorumque mento de-

TRAGVS. dependet *villus*, quem arungum vocant & cryngum, *κρύγκον*. Pantelons Bart.

Si prælonga facit ſapientem barba, quid obſtat
Barbatus poſſit quin Caper eſſe Plato.

Papillas, quæ ex faucibus Caprarum aliquando propendent; *Feſtus* moneolas vocat; *Varro* mancillas; *Plinius* lacinias, *alii* verruculas. *Mammæ* capris, ut ovibus, binæ, Libycorum ubera capræ ex pectore habere dicuntur, *Ælian.* & *Jo. Fabric.* p. 80. *Pedes* macilenti. Pecori nulli, ſic nec Capris ſunt dentes ſuperiores, his primos geminos volunt *Ariſt.* & *Plin.* Greges caprarum, quæ Tragi præ Ovibus loca ardua & fere inacceſſa conſcendunt, & in præruptis feri rupibus verſantur. In Africæ parte quadam, ut & alibi tonſiles ſunt Capræ, ex quarum villis & vela & veſtes conficiuntur; ſic *Virgil.*

Nec minus interea barbas, incanaque menta
Cinphii tondent hirci - - .

Tragi *mutire* dicuntur; Oves *balare*.

FERI (15) montani. Wilde-Felſen-Klippen-Berg-Böcke.

α. IBEX; nonnullis Capricornus, Αιγύκερος; quanquam nunquam pro *animali*, ſed pro *ſydere* ponatur; Steinbock. *Homerus* ἴζαλον ἀιγα vocat. Capra cornibus nodoſis in dorſum reclinatis. *Linn.* Mas prolixam nigricantem barbam gerit. In Valleſia & Archiepiſcopatu Saltzburgenſi inprimis frequens. Nullum animal curſu & agilitate tantum pollere & ſimul tam ingentia cornua habere, *Albertus* ſcribit, quam Caper montanus, quem latini IBICEM vocant, cujus cornua a capite usque ad Clunes protenduntur; *Gallis* Bouc etain; & *Plin.* Ex caprarum ſylveſtrium genere ſunt etiam IBICES in Alpibus, pernicitatis mirandæ, quanquam onerato capite vaſtis cornubus, gladiorumque vaginis; in hæc ſe librant ut tormento aliquo rotato in petras, potiſſimum e monte aliquo in alium tranſilire quærentes atque receſſu pernicius, quo libuerit, exulant.

Calore fulvus, magno etiam hirco major; corpulentus; cruribus gracilibus; capite pro ratione corporis & cornuum parvo; pulchros & ſplendidos habens oculos. Magni ponderis cornua reclinantur ad dorſum aſpera & nodoſa, eoque magis, quo grandior ætas proceſſerit; *Scaliger* vult, vetuli cornu pependiſſe pondo duo de viginti; in quibusdam numeratos eſſe nodos quatuor & viginti, totidem annorum conjectura. Saliendo Rupicapram longe ſuperat, hoc tantum valet, ut niſi qui viderit,

vix

vix credat. Nulla montium rupes tam edita, aut præceps eſt, quam non ſaltibus aliquot ſuperet; ulteriorem hiſtoriam *Geſnerus* tradit. Captus et cum domeſticis cicuratus ferum ingenium non prorſus exuit. *Fœmina* mare minor, minusque fuſca; major Capra villatica, Rupicapræ non adeo diſſimilis; cornua ei parva. TRAGVS.

(15) Ager Creticus ſylveſtrium Caprarum copioſus eſt, *Bellon.* Αἲξ ἄγριος, Capra fera, *Solino* pro ſpecie ſumitur, quæ domeſticæ ſit ſimilis; Italicas enim Capras ex peculiari ſylveſtrium ſpecie ortas eſſe ratio ſuadet *Aldrovando*, quam opinionem *Varro* adſtruit, ita enim hic: „Capræ, quas alimus, a Capris feris ſunt ortæ, a queis propter „Italiam Capraria inſula eſt nominata.„ Vid. Kolbe p. 141: In Africa multos dari TRAGOS: Stein-Bunte-Blaue-Gems-Taucher- und Klipſpringer-Böcke, nebſt noch andern mehr.

β. TRAGVS DORCAS, RVPICAPRA, CAPREA. Gemſe. Αἰγάγρος voce generica *Oppiani.* Chamois ou Yſard *Bellonii* (16). *Mem. de l'acad.* cit. I. P. p. 201. Capra cornubus erectis uncinatis *Linn.* Optime *Albertus:* Capræ genus ſylveſtre non magnum; curva admodum unci habet cornua, quibus ſe retinet, cum per devexa montium cadit. Minimus eſt Caper montanus; gregatim paſcitur; rubros habens oculos, acutiſſimum viſum; cornua nigricant parva, novem aut decem digitos longa, multis nodoſis circulis exaſperata, minoribus paulatim, in unco nullis, is lævis et acutus eſt ad hami inſtar; teretia, ſolida, initio tantum pollicis circiter menſura cava; labro ſuperiori ſulcato. Poſt cornua duo adeſſe foramina patentia affirmatur *Ephem. Germ. Ann. II. Append.* in reſpirandi uſum. *Mares* a *fœminis* nihil differunt, non cornubus, non colore, non reliquo corpore. Color eſt fuſcus et rufus; rariſſime totæ albæ. Non ſummas montium rupes, uti IBEX, colunt, nec tam alte et longe ſaliunt. Deſcendunt aliquando ad inferiora Alpium juga, arenam circa petras arenoſas lingentes, quaſi ſalarias, circa quas venatores Capras feriunt. Conferantur pluribus *Geſnerus*, *Bellonius* et *Oppianus.*

(16) DAMA *veterum* quæ ſit, parum conſtat. An in rerum natura ſit, merito dubitat *Rajus*; *Plinius* ejus mentionem facit inter Capras ſylveſtres tranſmarinas. *Geſnerus* a *Io. Cajo* iconem pro Dama Plinii depingit, quod in adverſum adunca habeat cornua; Capræ magnitudine et colore Dorcadis; *Ovidius* fulvo tergore Damas deſcribit; et *Martialis Lib. 1.*

Frontibus adverſis molles concurrere Damas
Vidimus,

et *Lib. 4.*

Aſpicis imbelles tentent quam fortia Damæ
Prælia, tam timidis quanta ſit ira feris?
In mortem parvis concurrere frontibus audent.

Quidni ergo DAMA veterum ſit RVPICAPRA, ſive Caprea. De Ægagropilis conſulatur *Velſchius.*

TRAGVS. γ. TRAGVS STREPSICEROS, Gazella; the Antilope. Propter flexuram indirecti cornu ita vocatur. Vid. *Cajus* p. 56. **Gewunden Horn.** Capra, Gazella Africana cornubus nigris Oyramque veterum figurantibus, rugarumque ambitu contortis. Algazel, *Arab.* i. e. Dorcas Libycus; vel Caprea, Libyca. Caper cornubus teretibus dimidiato annulatis, arcuatis *Linn.* Altera cornubus brevioribus, ab imo et ſummo fere annulatis et circa medium inflexis; *Willughbeji* et *Raji*. Huc Gazella Indica rectis, longiſſimis, nigris cornubus prope caput tantum annulatis. Africa ADDACEM appellat. *Cajus* cranium cum cornubus dedit. *Geſnerus*, a quo deſumpſit *Aldrovandus*, addit tantum: Cornua intus eſſe cava, ſed longa pedes Romanos duos, palmos tres, ſi recto ductu metiaris, ſi flexo pro naturæ cornuum pedes tres integros. In ambitu deſcribuntur palmis Romanis duobus. In ſummo levore nigreſcunt, et tandem in acutum exeunt. Et hanc *Plinius* inter ſylveſtres capras tranſmarinas (i. e. *Africanas*) recenſet, cujus cornua erecta rugarumque ambitu contorta, et in leve faſtigium exacuata. Vid. figuram apud *Blaſium* Anat. Anim. p. 368. et *Mem. de l'acad.* cit. I. P. p. 93. ibidemque deſcriptionem anatomicam ſeptem Gazellarum. Les mâles ont les cornes plus groſſes, plus courtes, et plus courbées vers le dos. *Belon.* Gazellam pro Oryge veterum venditat.

§. VIII.

δ. TRAGVS moſchiferus (17). Moſchus. **Muſcus-Bock-Ziege.** Caprea moſchifera ex muſeo *Iacobi Breynii* E. N. C. A. VI et VII Obſerv. CXXIX. *Segeri* de Capreæ moſchiferæ exuviis; et *Schrœckius* A. VIII. p. 83; poſt figuram *Segeri* prævalet inter omnes reliquas *Neuhoffii* c. 16. p. 373. De illis *Scaliger* ad Cardanum: quod fides noſtra ex aliorum ſæpe numero pendeat mendaciis. *Rajo* neque e cervino neque e caprino genere eſſe videtur, quod cornua non habet, et an ruminet, incertum p. 147. Moſchus cornua nulla, dentes canini ſuperiores exſerti, *Linn.* Dixerim: Moſchorum alios eſſe cornutos, alios excornes, **Humlich**; illosque ex Gazellarum genere eſſe; Biſulcus; in inferiori mandibula pariter dentes binos caninos breviores, non exſertos habet. Secundum *Avicennam*, duos dentes albos habet intro reflexos, tanquam duo cornua; et juxta *Paulum Venetum* dentes quatuor, binos ſupra, totidem infra, longitudine trium digitorum. Maxilla ſuperior, in qua longiores dentes 2 tranſverſis pollicibus in uno animali, in altero paulo minus excedit inferiorem; auricularum longitudo 4 pollicibus: caput lupinam faciem exprimit; collum protractius dimidiam dorſi longitudinem adæquat; quamvis pilorum extremitatem

tem colore varie luteo, caſtanino et albo natura tinxerit, omnes tamen circa radicem et in medio dilutioris ſunt coloris, magis minusve albicantes. In regione dentium inciſoriorum maxillæ inferioris, omnimode albi, prout et omnes fere, quos auriculæ interne alunt, candidi apparent. Interne pili medullam quidem habent raram et ſpongioſam, tamen et cavitates; qui circa clunes et detriti quaſi cavitatem manifeſte oſtendunt, et ſi in eos inſuffletur, permeabiles apparent. In folliculi (vid. fig. *Segeri*) pilis abdomini propinquioribus, criſpatura obtinet. Receptaculi membrana in duritie variat. In regno Pegu Gazellæ animal album (Mooſe-Thier), cujus ex mandibula inferiore æque dentes utrinque ſinguli erumpunt; conf. *Scaliger* de Moſcho. Secundum Atlantem Sinenſem exili cervulo haud abſimile animal, cornuum omnino expers; extuberantia quadam ad umbilicum parvum marſupium referente, ſubtili pellicula et ſubtiliſſimis ſtilis veſtita. In Ægypto et pluribus Africæ locis non videntur exſertos habere dentes. Conf. Buſelaphus *Caji* ſeu Moſchephalus, i. e. bucula cervina, cornubus nigris in ſummo lævibus, cætera rugoſis; vid. *Hernandez* p. 554. ibique plures autores, itemque Capram Syriacam *Geſneri* et *Rauwolffii*, majorem Capra, cornubus nigris, parvis, ſemel intortis, auribus longis pendulis, ſub gutture lobulis binis, ut in Porcis.

TRAGVS.

(17) Μοσχιφερως, unde αποϛημα μοσχιφερα, i. e. *malum bonum*, quando ex fœdo principio res utilis ſurgit. „El muſquelibet es una beſtia del Oriente, que tiene la magnitud „de Capreola en la ingre del qual crece un apoſtema de los cogidos humores, et qual „quando fuere maduro le hiere, y friega en el arbol: y aſſideſſata y corre la ſaguça, „y alli ſe condenſa y endurece: y la Subſtancia del humor ſe Uama Almizole; *velez* „*p. 50.*„ *Exuvias* Moſchi ſupra deſcripti exhibui 1750 Societati Gedanenſium.

ε. Tragvs, Capra ſylveſtris Africana, *Grimmii.* Capra capite faſciculo tophoſo, cavitate infra oculos *Linn.* Colore obſcure cinereo, in medio capite faſciculum piloſum erectum gerens; *Eph. N. C. G.* Dec. II. An. IV. Obſ. 57. In utroque latere naſum inter et oculos duas cavitates exhibet, quæ pinguem et oleoſum flavum liquorem continent; inter Caſtoreum et Moſchum medium pollet.

ζ. Tragvs bezaarticvs. Bezaar-Bock. Paſan. Pażar. *Perſis* (18). Ibici congener. Secundum *Monardum:* Cervi magnitudine et quodammodo forma; binis duntaxat cornubus, latis et in extremo mucronatis, atque in dorſum valde recurvis. Animalia adeo ferocia, ut interdum Indos ipſos occidant; agilia præterea et ad ſaltum prona; vivunt in antris; gregatim eunt; vocemque habent gemibundam; forma corporis Capram referentia, pedibus hircinis; Ejusmodi ex turri ſe præcipitans in

TRAGVS. cornua cecidit ſine ulla corporis læſione aut noxa, perinde ſubſaltans atque reſiliens; vincebatur catena ferrea, omnes alios funes erodendo perfringens. *Monardes* Cervo-Capros vocat; verum non eſt Τραγέλαφος, de quo mox. *Garzias ab Horto* Hirci genus teſtatur, et quidem mediocris altitudinis, *Goæ.* Arietis prægrandis magnitudinem, qui Hirco ſimilia ferat, deſcribit *Acoſta*, hacque deſcriptione propius accedit ad *Tragelaphum.* In Arabia *Alvarus Mendez* propriis manibus lapidem *Bezaar* ex animali protraxit (19).

(18) Lapidis Bezaar hiſtoriam vid. apud *Hernandez* p. 325. *Monardes* ſingulari libello vires Bezaar Orientalis proſecutus eſt; ſed conferantur *Philoſ. Tranſ. Angl.* paſſim, et *Peyerus* Meric. I. c. 5. item Capri-Cerva *Kämpferi* p. 391.

(19) *Bontius* animal ſic deſcribit: Capræ iſtæ non valde diſſimiles ſunt Capris Europæis, niſi quod habeant erecta et longiora cornua, ac quædam ex eis verſicolore ſunt pelle, ut tygrides pulchro aſpectu; produxi et exhibui in Societate Gedanenſi *Tragi Bezaartici* exuvias tygrinas ex albo et fuſco varias. *Marcgravius* de Chili regione, Capreas vocat, tam figura corporis quam velocitate, colore diverſas, qui roſſus, inſtar rubini; nunquam cicurantur. In Italiam attulit autor lapidem Bezoar, qui pependit uncias duas ſupra triginta, ex provincia *Cujo*, ubi majores, quam in provincia *Chile*. *Petropoli* cernitur Caprea gutturoſa campeſtris hydrophobos, cornubus non ramoſis, circellatim undulatis; ſinu gemino leniter inflexis, biſulca, ruminans; folliculo umbilicato prædita, pelle pilisque Capreoli. Ohna et ſtera Mungalis in Dauuria. An Capra moſchifera *Breynii* et *Segeri?* Vide cornu, quod *Io. Dan. May* Capri Bezoardici eſſe ſuſtinet in E. N. C. anno VIII. p. 1. et addenda *ibid.* p. 188; dubium manet cornu, dubium animal ipſum; concludunt *Collectores Ephemer.* „aut „exhibitum *Capræ* erit *Bezoardicæ*, aut *Gazellæ* potius; et quidni etiam *Gazellæ* „bezoardicis laborarent lapidibus, non habito reſpectu ad hyperbolicas lapidum vir„tutes.„ Ipſe *Major* dicit: „Lapides hi miſeris hircis ac capris tam moleſti ſunt, „quam hominibus lapides veſicæ ac renum. Quicquid ſit, *exuvias* mihi dono da„tas habui, cornua vero aut animal ipſum non vidi.„

η. TRAGELAPHVS (20). Muflon; Fœmina. Battingen. Hirco-Capra.

(20) Ab ἐλεφος και Τραγος, Cervo et Hirco. Hirco-Cervus ex rupibus montanisque locis Mauritaniæ *Io. Caji* rar. anim. hiſt. p. 59. Vid. *Miſſ. IV. de Piſc.* §. V. not. d) et *Bellon.* S. O. I. c. 53. Figura quam dedit, parum valet.

Cornua in anfractum convoluta, ut Arieti. Mas retrorſus a latere conſideratus ſimilis eſt Cervo Nano; Cauda et floſculus ſunt Cervi, prout et color, pili pedesque Cervorum ſunt, collum adipale villoſum, ut Cervis. Cornua ſunt vervecis, valida, albicantia, nonnihil compreſſa, annulata et ad latera reflexa. Sat ferus, torquatus et catenatus. Fœminæ pariter non niſi antrorſum inſpectæ Capras imberbes referunt; illæ ſatis manſuetæ, licet pavibundæ ad inſolitum ſtrepitum, adeo ut, prout Ibices ſolent, in parietes involitent. Nec Cervus, nec Hircus, ſed animal ſui generis ex utrisque *Anomalon;* prout Cervuli Guineenſes plerique acornes, quidam

TRAGVS. quidam cornubus hircinis brevibus ſimplicibusque, in ſpeciebus ad utrumque genus numerandi, potius tamen ad Tragos, quam ad Cervos, nam Cervi habent cornua compoſita. Tragelaphus itaque propter caput, principalem animalium partem, et propter cornua ad familiam hircinam revocandus, non ad genus Cervinum. *Cajus* p. 60 ſcribit: in utroque ſexu ungulas quotannis decidere, ut in Cervis cornua: volente natura in ungulis Cervum monſtrare, cum in cornubus, quæ caprina ſunt, non poſſit. Quod tamen Dreſdæ, ubi hæc animalia vidi, nunquam obſervatum. *Wurffbainius* videtur in dubium vocaſſe, quod exiſtant Tragelaphi, quando in *Salamandr.* p. 9: Quærere, *quid ſit*, cum ignoretur, *quod ſit*, profecto eſt, nihil quærere. Hinc Tragelaphum aut Chimæram ſi quis nominet, non ob id conſtabit tamen, utrum in rerum natura ſint, an vero non ſint. De Capris flaveſcentis coloris (gelben Ziegen) vid. Samml. aller Reiſeb. B. VII. p. 598.

θ. TRAGVLI GVINEENSES. Animalcula puſilla. Guineiſche Böcklein, Hirſch-Rehlein (21), vel Acornes, vel cornicula habent ſimplicia (22); ſuntque imberbes.

(21) Teſtantibus *Ariſtot. Herodot.* et *Plinio* Africa Cervos non habet. Alii affirmant: ſed finxiſſe dicitur *Virgilium*, Cervos in Africa venari Aſcanium. *Kolbe* Virgilium ſecutus eſt (p. 151) ſed addit: daß ſie aber ſolche Geweihe haben ſollten, wie die Europäiſchen, habe noch nicht erfahren können, obgleich derſelben etliche tauſend Stück geſehen, und viele verzehren helfen. Sed quid hoc? Re ipſa Gazellas deſcripſit, vid. *Eund.* p. ead. circa fin. quomodo cornua ſint comparata. *Idem:* Man findet in Guinea, Congo, Vida, und andern nahe bey dem Vorgebirge gelegenen Orten eine Art kleinen Böckleins, das niemalen größer wird, als ein ordentlicher Haſe; ſed veritate non nititur, quod cornua habeant cervina.

(22) *Seba* binorum nigricantium et acuminatorum corniculorum in una ſpecie mentionem facit; alterum Capreoli eſt.

TRAGVLVS Temamacama, *Seba* I. p. 69. tab. 42. Horum ingens numerus in nova Hiſpania, inſtar Hinnulorum; valde parvi. Cornua tornata recurva in acumen convergunt, quæ ſingulis annis nova ſpira aucta ætatem animalis produnt; cornuum color coracinus; cauda pilis longis obſita; oculi aureſque magni et agiles, dentes prægrandes et lati; corpus brevioribus pilis et dilute ſpadiceis univerſum veſtitur. De dentibus in ſuperiori mandibula nullam mentionem facit autor; quantum cernere licet, in incornibus hiſce Tragulis dentes ſuperiores pingi curavit.

TRAGVLVS Mazame, ſeu Cervus cornutus, ex nova Hiſpania. *Id. ib.* Tornata quaſi cornicula in acutumque recurvumque apicem vergentia retrorſum reclinata.

TRAGVS. TRAGVLVS; Cervula parvula Africana ex Guinea, acornis. *Seba* p. 70. t. 43. Licet puſilla, tamen ſua in ſpecie maxima. Summas inter delicias ciborum. Capra pedibus digito humano anguſtioribus *Linn.*

TRAGVLVS ſive Hinnulus aut Cervus juvencus, pergracilis, Africanus; cujus pedes auro circumcluduntur; *ibid.*

TRAGVLVS Surinamenſis, ſubrubra Cervula albis maculis notata p. 71. t. 44.

TRAGVLVS Guineenſis pilo rubro longiore, p. 73. t. 45.

ι. TRAGVS, biſulcorum MIXTVS. GIRAFFA. Camelo-Pardalis; a tenui cauda Jiratakacin, *Habeſſinis.* Camel-Pardel.

Ex omnibus quaſi mixtum videtur ungulatis hoc animal, prout antiquus Poëta *Herticus* Lib. 4:

Æthiopes animal mittunt, cui nomina mixta,
Ut corpus, maculæ Pardum, anteriora Camelum
Oſtentant, pede Bos, juba Equus, extima mandit
Ramorum, ſumma quos carpit ab arbore lingua
Vibrata, facilis natura, et mitis, ut illum
Haud veritus tractare puer, feritatis imago eſt,
Non etiam mores, in poſteriora reclinans
Claudicat alterno inceſſu: ſpectacula Circo
Læta dedit - - -

Fuit enim in ſpectaculis Romæ, prout notavit *Plinius.* Plura nomina ipſi a veteribus et recentioribus impoſita: OVIS fera vel Oviſera, item Nabis; ſic *Solinus:* quæ locorum Æthiopes tenent, feris plena ſunt, e quibus quam Nabin vocant, nos Camelo-Pardalum vocamus. Nabuna loco vocabuli Nabin; A nabula et plura. *Italis:* Giraffa, Giraſa; recentioribus: Camelo-Pardus, eo quod ſit ut Pardus maculis albis ſuper aſperſus, collo Equo ſimilis, pedibus biſulcis, bovinis, capite tamen Camelo ſimilis. Optima deſcriptio *Gillii* eſt, qui tres beſtias in urbe *Cayra* vidit: „Duo „cornicula ex fronte eminebant, circiter ſex digitos, in fronte media tu„berculum - - altum circiter duos digitos, collum longum ſeptem pedes „cum caput extollit, ſexdecim pedes a terra affert, illius longitudo a cauda „ad capitis verticem eſt duo de viginti pedum, tibiæ tam altæ poſteriores „quam priores, at femora anteriora longe altiora poſterioribus, nimirum „dorſum a cauda ad ſummum capitis verticem velut tectum carinatum at-

„tolli-

TAB. I.



ad §. 9.

„tollitur; totum corpus grandibus maculis diſtinguitur, coloris cervini „obquadratis - - neque tamen ut Pardulis rotundis, ſed aut obquadratis „aut rotundis; Pes bifidus, ut bubulus; labrum ſuperum longe eminet „infra inferum; cauda tenuis et exigua, in acumine piloſa, ruminat ut Bos, „edit foenum, et cætera, quæ Boves edere ſolent; jubam habet ut Equus „a dorſo ad capitis verticem; in gradiendo claudicare videtur, nunc dex-„tris nunc ſiniſtris etc.„ Addit *Barb. Venetus:* Linguam habet longam duobus pedibus, ſubobſcuri, quaſi violacei coloris, teretem ſicuti anguillis, qua ramos, herbas frondesque carpat, mira celeritate in os trahens, ut vix ab attento ſpectatore videatur. Hæc ſufficiant de hac beſtia in *genere biſulcorum anomalo.* TRAGVS.

§. IX.

IV. CERVVS. ελαφος. der Hirſch. Cerva, das Thier. Hinde. CERVVS. Cornua, τα κερατα, ramoſa gerit; Rami vel teretes vel palmati ſunt; *Virgilius* arborea vocat; aliquando unum et viginti ramos pluresque fundunt. Fœminæ acornes, præter ſolam rangiferam fœminam. Annuatim decidua ſunt. Caſtratio, dejectis cornubus, nova pullulantia demit Cervis; recuperata dejicienda prohibet; Cerva quaterna ubera habere, *Ariſtot.* Pilus levis, mollis, intus quaſi cavatus, ideoque et commode natare putantur; color ſpadiceus communiter, rariſſime albus; ſubflavus pluribus in fœminis, præcipue in Hinnulis, albis punctis diſtinctus. Reliqua apud autores, inprimis rei venaticæ.

α. CERVVS nobilis; ramis teretibus; omnibus notus. Cervus cornubus ramoſis teretibus incurvatis *Linn.* Canadenſis cornua ampliora majoremque numerum ramorum præ Europæo habere dicitur. Cujus iconiſmum vide *Mem. de l'acad.* cit. II. P. 65: Cerf de Canada; qui tamen non niſi ſex ramos utrinque habet. Conf. *Tranſ. Angl.* No. 444. p. 388. Der edle Hirſch. De Cerva cornuta vid. *Ionſtonum* Lib. 2. c. 2. art. 7. *E. N. C.* Dec. I. A. IX. Obſ. 88. Dec. II. A. II. Obſ. 98.

β. CERVVS RANGIFER. Rennthier. Cervus cornubus ramoſis teretibus, ſummitatibus palmatis. *Linn.* In Septentrione verſus polum arcticum; Lapponiæ inquilinus. Rangifer, quaſi ramifer. *Olaus Magnus* L. 17. c. 8. tricorne ſcribit: Cornua duo eo loco quo Cervus habet, ſed ramoſiora et extenſiora ad ramos quindecim alta; aliud vero in medio capitis, ramuſculis circumſtantibus cæteris brevioribus; tricorne de genere Cervorum, ſed longe procerior, longior et velocior; vide pluribus autorem aliosque *Lapponiæ* Scriptores. Sane duo ramuſculi teretes ad radicem cor-

CERVVS. cornuum recta protenſi, cornu tertium dici nequeunt; juniores unicum duntaxat habent, prout obſervavi d. 23 Nov. 1750 in ædibus meis in mare vivo (vid. tab. I.) cujus altitudo a parte antica ad humeros uſque fuit 3'. 2'' Gedan. a parte poſtica 3'. 4''. Collum inferne, pectus et capitis latera, nec non cauda et anus albicantia; ore fuſco; truncus cervini coloris; in collo villoſus. Ungulæ quaſi orbiculatæ; cornua hirſuta; figura colli et capitis ab animali pabulum ſumente deſumpta. Lingua in fumo cocta commendatur; **getrocknete Rennthier-Zungen**; optimi ſaporis.

Huc pertinet *Cervus Grœnlandicus*. Te Greenland Bugk *Edwardi* I. 51. De quo Dn. *Anderſon* p. 171: Eine kleine Hirſchart; heißet bey den Nordländern Reensdyr; iſt aber den Reenen oder Rennthieren der Lappländer gar nicht, ſondern vielmehr unſern Hirſchen ähnlich, vornehmlich was ihre Klauen anbetrifft. Sie iſt dieſelbe Sorte, die auf Spitzbergen geſehen wird, auch von Farbe grau, obwohl einige dann und wann, die gelblich fallen, vorkommen. Das Geweihe iſt allemal mit einer dicken rauhen Haut überzogen, und hat auf jeder Seite 3 oder 4 Enden, die plattlich, und der Rennthiere ihren näher, als der Hirſche, kommen. Sie ſind gröblicher vom Leibe, als unſere Hirſche, und weil ſie gräuliche Kälte ausſtehen müſſen, von etwas zottigten Haaren. Unſere Grönlandsfahrer merken an, daß die Hirſche auf Spitzbergen im Auguſt-Monate am feiſteſten ſind, wie denn einer 60 Pfund Talg zwiſchen Fell und Fleiſch gehabt. De altitudine ejus *Edwardus*: from the Ground to the tap of the Schoulders it is about three Feet high Engliſh meauſur - - What is moſt remarkable in this Kind is the Noſe, which is wholly cover'd with Hair - - Male and Female have Horns - - its Hoofs-are broad ad the Bottom; vid. *figuram*, quam *Edwardo* debemus.

γ. CERVVS minimus, CAPREOLVS. Cervulus. Caprea. **Rehe**. Cornubus brevibus ramoſis, annuatim deciduis. Cuilibet conſtat. Capreoli Americani cornua habent binis duntaxat ramis acuminatis; *Seba* I. p. 73. t. 44. No. 6; forte juvencus fuit, a quo cornu produxit autor. Cervus cornubus ramoſis, teretibus, erectis *Lin.* Huc Cuguacu-Ete et Cuguacu-Apara *Marcgravii* Capreæ Braſilianæ. Capreolus marinus *Ionſtoni.* Capream cornutam vid. *E. N. C.* Dec. II. A. VI. p. 367. cum figura.

δ. CERVVS Palmatus, ALCE; vera et legitima. Magnum animal *vulgo.* Hippelaphus; cum Tarando videtur idem. **Elent.** Rami cornuum palmati et lati, per totum concreta et ſolida, ut tornatilia ſint; et contra Cervi cornua qua maximam partem poroſa. Ungulis magna vis tribui ſolet. Pellis denſa et ſolida adeo, ut vehementes etiam ictus punctim cæſimque factos avertat. In regionibus ſeptentrionalibus notiſſimus. Cervus cornubus acaulibus palmatis. *Lin.* Huc referendus Cervus *Ioſſelyni* palmatus 12 pedes altus; the Mooſe Deer; the grey Mooſe, Indis Wampoſe; vid. *Iohn Clayton* Tranſ. Angl. No. 210. p. 122. an *Elke* (Alce). Rurſus *Paul Dudley* Tranſ. Angl. No. 368: that this grey Mooſe iſt moſt

like

like the ordinary Deer. Vide inſuper Diſſertat. *Samuelis Dale* Tranſ. Angl. No. 444. p. 384 ſeqq. de Alce nigricante of the black Mooſe; ibidemque figuram Cornu, Damæ-Cervi cornubus æmulum. CERVVS.

ε. CERVVS Palmarus, DAMA. Dama-Cervus. Dam-Tan-Hirſch. Multo minor Cervo nobili, longe major Capreolo. Dama eſt recentiorum; de Dama veterum ſupra. Virginianæ majores validioresque. Et unicolores, ſpadicei, et albi, et variegati. Cervus cornubus ramoſis compreſſis ſummitatibus palmatis. *Lin.*

§. X.

FAM. II. DICHELON. Acorne,

in univerſo genere ſuo.

PORCVS, πορκος, antiquum nomen græcum (23); quaſi Spurcus; Schwein. SVS, Sau, Scropha, ſäugende Sau. APER, Porcus ſylveſtris. Wild-Schwein. Eber. VERRES; non caſtratus. Porcorum differentiæ multæ. Non dicam de Porco et Apro vulgari; nec de cornutis, qui valde ſuſpecti. Obſervavit *Linnæus* Sues monungulos, ſ. ungulis ſolidis, nec bifidis; talia phænomena quidem notanda; vidi aliquando Cervum, ambobus pedibus poſterioribus in ſolidas exeuntibus ungulas. PORCVS.

(23) Nunc χοιρον. Sus pure græcum ab υς. Aper Συαγρος a feritate συς αγριος, ferus vel agreſtis; pecus maxime brutum inter animantia. In Macedonia et Ranæ mutæ et Apri muti traduntur.

PORCVS MOSCHIFERVS; umbilicum in dorſo habens. P. *Martyr; Oviedo; Acoſta, Purchas, Marcgr. Faber* &c. Aper Mexicanus. TAJACV; mexico MVSK-HOG. Sus dorſo cyſtifero, cauda nulla *Lin.* PECARIS du *Marchais* III. p. 313. Ce qu'ils ont de particulier, c'eſt un trou, qu'ils ont ſur le dos, dans lequel on peut mettre le bout du petit doigts, en maniere d'Evant, par lequel animal reçoit l'air, qui refraichit ſes poulmons, et lui donne le moyen de courir tres long tems et tres fort. Ejus anatomen, autore *Edw. Tyſone* vid. in Tranſact. Phil. Angl. No. 133. p. 379; Glandulam dicitur habere odoriferam; conf. pluribus *Rajus* Syn. Quad. p. 97. et p. 108. *Valkenburgius* judicavit eſſe mammam; ſed nil minus. Vid. Cat. quadr. Petr. in genere porcino p. 337. n. 22.

PORCVS BABIROVSSA, Babi-Roeſa, quod Apro-Cervum notat. Aper Indicus, inſulæ Bouro Ind. orient. Magnitudine dicitur Cervi, forma, roſtro & cauda Apri, pede Hirci; Fig. vid. apud *Sebam* I. p. 8. t. 50. & *Barthol.* H. A. Cent. 2. hiſt. 96. Quatuor dentibus exertis longioribus & in-

curvis;

PORCVS. curvis; duobus e maxilla inferiori, totidem ex ſuperiori carnem roſtri perforantibus; qui ſuos habent alveolos. Sus dentibus duobus fronti innatis. *Linn.*

Porcvs gvineensis, auribus longis & acutis plane & prolongatis acuminibus; pilis brevibus, rufis, non ſetis, quibus caret in dorſo; quos tamen verſus caudam & collum habet. *Marcgravii.* Sus dorſo pone ſetoſo, cauda nuda. *Linn.*

§. XI.

FAM. III. TRICHELON.

RHINOCEROS. RHINOCEROS. A Ριν et κερας. Naricornis *Catelani.* Abada, Noemba *Javens:* Elkerkedom *Perſis.* Tuabba, Nabba, *cap. b. ſpei.* Nozorożec, Zebati *Polon.* Rhinocerote *Ital.* Le Porte corne *Gall.* Gomela Indis. Naſehorn.

Recte *Aldrovandus*: quod nullum animal, cujus natura magis ſit in lubrico incertoque. Addit autor: licet ſecundum nonnullos duo animal habeat cornua, etymon tamen ipſi a priori, quod in naſo fortius & utilius præ altero paulo ſupra fronte; & wormivs Muſ. p. 336. varie a multis deſcribitur, qui eum non viderunt, quo circa & errores haud paucos in ejus hiſtoria cernere licet apud autores.

Dalechampius (ad Plin. Lib. XI. c. 27) ſeptem unicornua quadrupedia obſervaſſe vult, ad quorum cenſum Rhinoceros communiter referri ſolet. *Plin.* ibid. Aliis ſingula (*cornua*) & hæc medio capite aut naribus; & Lib. VIII. c. 20. Rhinoceros unius in nare cornu, qualis ſæpe viſus.

De famoſo Unicornu terreſtri, Licorn, Einhorn, ſupra §. IV. C In præſentiarum rhinocerotis hiſtoriam premimus, cujus præcipuas corporis partes externas luſtrare, tandem perpendere animum tenemus, utrum Rhinoceros *unicum* in proboſcide, an vero *duplici* gaudeat *cornu?*

Jac. Bont. L. V. c. 1. nos certiores reddidit, ſe non ſolum in India orientali, ſed quoque in univerſa Aſia & caveæ incluſum & in ſylvis vagans vel millies vidiſſe animal. Sequamur ejus deſcriptionem, quam cum aliorum ſcriptis, ſimul ejus figuram cum *Chardinii* Itin. II. p. 60 & *Parſonii* Tranſ. Angl. No. 470 conferre liceat.

Dicitur cute cineritia & nigra, inſtar elephantinæ; ab aliis coloris murini; ſecundum *Plinium* flaveſcentis & buxini. *Chardinius*: Sa peau eſt d'un gris, tirant ſur le noir, comme celle des Elephants, mais plus rude & plus epaiſſe; ſimiliter *Strabo* ſuſtinet elephantinum colorem, non buxinum eſſe.

Dn.

TAB.II.

ad §. 11.


f. 2.



f. 1.



f. 3.



Dn. *C. A. van Bergen* orat. de Rhinoc. fuſci coloris animal ait; In Muſeo *Moſcardo:* E di color ſimile al Boſſo. Sic præter *Plinium* & *Moſcardum* omnes autores cum *Bontio* ſentiunt. RHINOCEROS.

Pellis tota calvet, hinc inde, monente *Bontio*, pauciſſimis pilis ſtipata; ſecundum *van Bergen* et *Kolbium* animal omnino caret pilis. Melius *Parſon:* quod non niſi in auribus & in extremo caudæ piloſum. Sic pellis nec ſquamata, nec loricata, nec ſulcata, modo quo *Albertus Dürer* (24), quem omnes pictores ſunt ſecuti, primum beſtiam repræſentavit; ſimilis figura apud *Kolbium* ex inadvertentia Editoris apparet, quod talis transformatio textui & deſcriptioni autoris minime reſpondet; interim cutis variis in locis plicaturis admodum rugoſa, reticulata & valde craſſa, quæ ictui Machæræ Japonicæ facile reſiſtit. Tali modo rugæ et plicaturæ peltas mentiuntur atque umbones; omnes *Parſonius* ubique et accurate indigitavit; conferatur hoc loco effigies, quam *Dn. Albinus* (in tab. anat. VIII.) fieri curavit; inſuper pellis eſt granulata ad inſtar cutis piſcium ex Canum marinorum genere, qua thecæ cultrariæ ſuperinduci ſolent; de illa ſic *Chardinius:* Cette peau eſt couverte par tout hormis au cou et à la tête, de petits noeuds ou durillons.

(24) *Düreri* iconem et *Laurent. Catelanus* transſumſit; nec non *Giov. Jac. Roſſi* nuova Racolta de li animali piu curioſi, in Roma 1650.

Pro ratione vaſti capitis animal oculos habet parvulos; nec limis oculis ad dextram vel ad ſiniſtram, ſed non niſi corpora e diametro ſibi oppoſita videt beſtia.

Roſtrum *Bontio*, *Plinio* et *Straboni* proboſcidi Apri ſimile apparet; de quo *Bontius*: roſtro eſt ſuillo, non tamen obtuſo, ut Suum, ſed acutiore, et *Strabo:* forma Apro proxima, præſertim quoad rictum; *Dappero*, qua externam ſpeciem animal partim Apro, partim Tauro ſimile videtur. *Bironius* curios: de la nat. & de l'art p. 138. plura vidit, inquiens: Le Rhinoceros reſſemble à un ſanglier plus qu' à tout autre animal; et ſecundum *van Bergen* non niſi aures habet ſuillas, quas pro lubitu erigit deprimitque. In Sumetra maximos ſtabulare dicitur Rhinocerotes, prout Couamæ maximos Elephantes *Jo. Mocquet* IV. p. 199. Illos *Pauſanias* Æthiopicos Boves vocat, conf. *Franz Velez* hiſt. de les anim. p. 49. *Bontius* corporis altitudine Elephantum æquare vult, pedibus tamen brevioribus; a *Strabone* cum Bubalo comparatur.

Mandibula inferior Tauri eſt, ſuperior Equi; hac, prout Equi, fœnum ex retinaculis depromere gramenque a ſolo in os colligere didicit, quippe ſuperius labrum ultra 6 pollices exacuare poteſt, quo quæcunque prehenſa

RHINOCEROS. ſa velut ſinuoſo digito pertinaciter tenet. *Parſonius* obſervavit linguam lævem, contra aliorum autorum opinionem, ſed labia rigide ſcabra.

A *Bontio*, *Chardinio* et *Parſonio* Rhinoceros tanquam manſuetum et ſociabile animal laudatur; irritatum crudeliter ſæviens. Mite animal Rhinoceros inquit *Amat. Luſitanus* in Dioſc. Lib. I. enarr. 52; et *Martialis*:

Seque diu magnæ colligit ira feræ.

Vide apud *Bontium* hiſtoriam de quodam equite a laceſſito Rhinocerote perſecuto; demum beſtia inter duas arbores hærente, et ſclopo necata; eſuriens quoque vel plagis excepta vultuoſa fit et moroſa. Fortitudinem præbuit, quoties coacta fuit (25) Romæ cum Elephante vel alia fera duellum inire; tale prælium et Uliſſiponæ, *Emanuele* regnante, anno 1515 obtinuit; qui animal Romam miſit, quod vero, referente *P. Jovio* Lib. I, c. 2 ex cavea eruptum in ſcopulis liguſticis interiit. Imperante *Heraclio* Rhinoceros una cum Elephante in arena extinctus, de quibus Poëta *Croce Rocq:*

che ambo moriro, et terminar non lice
Qual ſi fuſſe di lor la vincitrice.

(25) *Martialis*: Sollicitant pavidi dum Rhinocerota magiſtri.

Pompejus hanc beſtiam primus in civitatem introduxit. Me latet, utrum poſt annum 1685, quo talis beſtia Londini viſa, in Europa alibi, quam in Anglia Rhinocerotes comparuerint. *Van der Berge* beſtiam de anno 1685 in ære ſculptam exhibuit, cum ſubſcriptione: Portrait au naturel d'un Elephant et d'un Rhinoceros arrivex depuis peu des Indes orientales; à Londres 1686 gravé par van der Berge. Denuo anno 1739 1 Jun. Rhinoceros Mas Bengalenſis Londinum appulſit, rurſus anno 1741 fœmina, quam Dn. *Parſonius* deſcripſit.

Ut Porcus grunnire perhibetur et prout Aper celerem curſum recta dirigere ad id, quod ſibi in oculos cadit; quod ſi appropinquantis furorem homo ſive in dextram ſive in ſiniſtram vel tribus paſſibus evitare poteſt, animal longius prætercurrit; ſic repetitis vicibus ſalutem ſibi ſervabit inſectatus. Cum Tygride Rhinocerotem ſocialitatem colere, illumque hujus excrementis pro medicina uti, compertum habere volunt autores.

Rajus Syn. pedem habere anomalum vult in quatuor ungulas fiſſum, ſeu quadrifidum. Sed extra omnem dubitationem poſuit *Parſonius* Tranſ. Angl. No. 470 ungulam eſſe bis ſulcatam, conſequenter tribus chelis pedes inſtructos, unde nobis TRICHELON; vide *tab.* ; ibique pedes, quos *Parſonius* expoſuit. Quo jure *Charletonus* Rhinocerotem ad Cervorum familiam ſpectare velit, hæſito.

Quod

Quod vero ad cornu vel cornua attinet, unde ipſi nomen eſt, RHINOCEROS. nonnulli Rhinoceroti unicum in proboſcide, alii duo adſcribunt, *Labatus* vero relat. de l' Eth. I. p. 169 tria cornua adjudicat: „que le veritable „Rhinoceros en a trois, une au deſſus des narines, une autre ſur le front, „et une troiſieme ſur le dos„; et poſtquam mentionem fecerit animalis unico cornu præditi, ſub nomine Alicornu intelligit beſtiam duobus cornubus munitam: „Alicorne a deux cornes, l'une ſur le front, l' autre au „deſſus des narines„; nobis ſubolet, neutrum vidiſſe oculis ſuis. *Peyerus* merycol. et J. J. *Scheuchzerus* Phyſ. Jobi culpant *Martialem*, quod huic animali duo adfinxerit cornua, quem et *Bochartus* Hier. III. c. 26. vel potius ejus epigramma 22 lib. de ſpect. longe lateque refutat, et corrigere allaborat, ſuſtinetque *Scheuchzerus*, quod non niſi unicum in naſo cornu ferat, unde eſt, quod cum *Ludolffo* contra *Bochartum* ſtatuat, laudatum ab antiquis Unicornu terreſtre Rhinocerotem fuiſſe unicornem; huic ſententiæ ſubſcribere non hæſitamus (26). *Bontio*, tanquam teſti oculari omnique exceptione majori, pleniſſimam fidem debemus, Aſiaticos (27), et in India orientali Bengalenſes, Cambajenſes, Pananienſes, Malaccenſes, Giamenſes et Javenſes ſecundum *Jo. Wolff. Heydt* Schau=Pl. von Afr. u. Oſt=Ind. non niſi unicum cornu intervallo oculorum nariumque tenere; de his Plinius *ſupra*; et alibi: Magnitudo Tauri, forma Apro proxima, præſertim quod ad roſtrum attinet, demto naſo, cui cornu quoddam eſt recurvum omni oſſe durius; eo pro armis utitur, quemadmodum Aper dentibus; nec non *Oppianus* de Ven. II. v. 612:

Rhinoceros oryge eſt aliquantum corpore majus,
Huic ſummo naſi ſuccreſcit acumine cornu
Funeſtum, gladius præacuta cuſpide teter
Nam ferrum frangit.

Ut *Dionem*, *Strabonem*, *Solinum* et plures antiquorum taceamus. Imo animalia, quæ hactenus ex Anglia nobis innotuerant, teſtata ſunt, ſe Unicornua fuiſſe.

(26) Vocabulum hebraicum: Rim vel Rem in Bibliis german. Einhorn, Unicornu. audit, in vulgata librorum Moyſis et Jobi RHINOCEROS, in *Pſalmis* et *Eſaia* Unicornis; verſione perſica Kerk: quod autem *Deuter*. XXXIII, 17 et *Pſal*. XXII, 11. multitudinis cornuum mentio fit, id circo *Hieronymus* textus explicat de Unicornu, quod duo habet cornua; conf. *Baccius* lib. 2 de Unic. et *Clappenberg* de creat. diſp. 5 th. 10; Hic: „Animantium ſeu V ſeu VI die creatorum nomenclatura hebrai„ca — hodie quidem admodum incerta eſt populis ſeptentrionalibus, nec omnia — „genera — ita innotuerunt, ut vernaculis nominibus hebraica ſemper ſine errore ex„primantur.„ *Gisbertus Cuperus* quidem in Epiſt. XXI. p. 75 ad Dn. *la Croze* monoce-

RHINOCEROS. nocerotem appellat animal fabuloſum, ſed in Epiſt. XXIV. p. 83 hæſitare incipit, et p. 85 hæc habet: „D. *Witzen* iterum mihi loquitur de Monocerote, et ea quæ profert, perſuadent mihi, hoc animal revera exiſtere ac reperiri;„ de cujus exiſtentia quoque Abbatem *Bignonum* Epiſt. XXII. p. 251 et Ep. XXVI. p. 270. *Cuperi* rationibus permotum intelligimus. Verum enim vero, ſi bene animo conſideramus cornu *Dno Witzen* dono datum Epiſt. XXV. p. 86. quod ex *griſeo nigrum et parvis circulis cirdumdatum*, et p. 253. *longitudine palmæ unius cum dimidia et quod excurrit, cujus color eſt ſubniger et fuſcus*, *minime vero albus*, qualis eſſe debeat color iſtorum, quæ vulgo ab hoc animali deſumpta eſſe perhibentur, tunc in ſuſpicionem nobis venit, laudatum cornu fuiſſe RHINOCEROTIS. Summus Polyhiſtor G. G. *Leibnitius* Protogæa a G. L. *Scheidio* public. Gœtt. 1749. §. XXXV exhibet effoſſum in Quedlinburgenſi monte Zenikenberga anno ſuperioris ſeculi ſexageſimo tertio, cujus *Gerikius* libro de Vacuo per occaſionem meminit. Unicornis in poſteriore corporis parte, ut bruta ſolent, reclinatum, capite vero ſurſum levato, ante frontem gerens longe extenſum cornu quinque fere ulnarum craſſitie cruris humani, ſed proportione quadam decreſcens; Ignorantia foſſorum contritum particulatimque extractum eſt et ſpina dorſi atque oſſibus Principi Abbatiſſæ loci allata fuere, vid. apud autorem tab. XII — - mirabile audit ejusmodi illuſtre phœnomenon 87 annos delituiſſe in obſcuris, nunc demum in luce expoſitum; magis miramur adeo longum et ponderoſum cornu animalis capiti proprium; ſed tranſeant hæc.

(27) Veriſimile audit, *Moyſi* in Ægypto Rhinocerotes ſive Africanos ſive Aſiaticos, minimum Rhinocerotem Aſiaticum bene notos fuiſſe ſub nomine ראם vel רים pro animali ſumto, quod *uno cornu præditum*, ex qua nomenclatura ſucceſſu temporum ſingulare aliquod animal enatum multis paraſangis plane præſtigioſis proſecutum, cui adulterinum tandem cornu in fronte poſitum, cujus gratia inter criticos tot præclaræ altercationes obortæ, de quibus *Peyerus* p. 44: „Apparet meridiana luce clarius, „quam fruſtra ſe quandoque torqueant et ſudent critici nimis critici, dum inutili ma„cerantur cura magnoque temporis diſpendio ſæpe de lana caprina rixantes quæſito „prolixitatis tædio magis abſterrent lectores, quam doctrinæ præſtantia et ſimplicita„te alliciunt;„ quam regulam quidem optimus *autor* ipſe non ſecutus, quando *Martialem* ſummopere debellare contendit, quod Rhinoceroti duo cornua calculo ſuo impoſuerit.

Verum enim vero, cogimur nihilo ſecius affirmare, permultos autores animal bicorne pronuntiaſſe, procul dubio, quod non niſi bicornia viderint. Ex veteribus *Pauſaniam* et *Martialem* nominamus. *Ille:* vidi etiam Æthiopicos tauros, quos ex re ipſa Rhinocerotes vocant, quod illis e nare extrema cornu prominet: et paulo ſuperius alterum non ſane magnum; „in capite nullum prorſus habet;„ *Hic*

Namque gravem gemino cornu ſic extulit urſum.

Apud *Beyerum* numus Domitiani pariter duo exprimit cornua. *Scaliger* exerc. 205. effigiem animalis in Tyrrheno mari extincti, non quidem animal ipſum, vidit, cujus in muſeo ſuo meminit *Moſcardus* p. 235: „Che „haveva -- due corni, l' uno picciolo poſto nella fronte et l' altro robertiſ„ſimo nel naſo.„ Demum *Parſonius* cit. loco gemina ejusmodi cornua fere contigua ſuper corio proboſcidis, propemodum æqualiter longa, quorumque

„rumque paulo longius 25″ angl. adæquat, ex gazophylacio naturæ vene- RHINOCEROS.
„randi Senis Dn. *Hans Sloane* in Tab. III. cum publico communicavit; et „apud *Olaum Jacobæum* Muſ. Dan. p. 4. t. 3. f. 4. offendi *duplex cornu*, cu„jus alterum 2′, alterum 1.′ æquaſſe tradit; ſic quoque *muſeum Imperiale Pe„tropol.* Vol. I. P. I. p. 338. inter animalia quadrupeda pedibus ungulatis n. 23 „mentionem facit Rhinocerotis duplicibus cornubus, ſine ulteriori deſcripti„one. Simile *Schrœckius* Eph. N. C. Dec. II. An. V. Obſ. 245. p. 468. de „genuino Rhinocerotis cornu apud *Jo. G. Michelium* Aug. Vind. Pharmacop. „obſervavit ac deſcripſit, tandem concludens: „ Ita certum aliquod Rhinocerotis genus bicorne in locis quibusdam dari; illud vero, quod *Thom. Bartholinus* obſerv. de Unic. c. 21. in Technicotheca Florentina vidit, pro cornu potius monſtroſo habendum, quorum plura in H. nat. occurrunt; vide monſtroſa cornua apud *Marſillium* in opere Danub. Tom. VI. t. XXVIII, quæ Capreoli et tab. XXVII, cornua ſpecioſa, quæ Arietis ſunt. Ejusmodi cornua duplicia anno 1739 die 12 Junii intrarunt in theſauros Regios Dresdenſes, teſtantibus litteris pie defuncti Domini de *Heucher*, quarum tenor ex vernacula ſequens: „Satis arcte „ſuccedunt contigua et corio valde tenaciter inhærent, ut nec ego, nec „quisquam alius, fucum ullum obſervare poſſimus, quod nullo modo ſint „adglutinata vel aliter, pelli impoſita; anterius cornu conum repræſen„tat rotundum, poſterius recurvum dorſum verſus, per totam longitu„dinem in aciem quandam abit, ita ut animal, ambobus una cornubus „corpori cuidam inflixis poſteriori ſecare et fatiſcere valeat.„ Viri cujus celebris Succeſſor in tuenda rerum naturalium amplitudine, *Eilenbergius*, de re metallica Conſiliarius Regius, nuperrime me certiorem reddidit: „Cornua intervallo 2½″ a ſe invicem diſtare, cornuque alterius linea recta „altitudinem habere 15½″, in circumferentia baſeos 20½″, quodque poſte„rioris longitudo ſit = 9½″, baſis = 22″; quæ ſpolia a beato Dn. *Curt ab „Inſiedel* quondam Curiæ Regiæ Marechalco depoſita fuerint. Plura extera cornua me latent, niſi quod *Tesdorpffius* Lubecenſis, in rebus naturalibus curioſe doctus, mihi retulerit, ſe talia apud quendam Lubecæ obſervaſſe, quæ tandem in Muſeo Principis, neſcio quo, depoſita, ſeque ſimilia Amſtelodami pridem vendita audiviſſe.

Ipſe quidem ſimplicia majora et minora habui, non duplicia in pelle communi. Inpræſentiarum hujusmodi duo cornua cum inveterato corio cohærentia ex communicatione humaniſſimi Viri *Georgii Lehmanni*, Concivis et Pharmacopolæ Gedan. Societati noſtræ exhibui, iconeſque vivis coloribus ſecundum magnitudinem naturalem ad archivum tradidi, hoc loco figuris ad *quadram* reductis; Tab. II. Fig. 1.

RHINOCEROS. Fig. 1. Qua ratione cornua in proboſcide conſederunt. Anterius a baſi ad apicem linea recta = $16''^{par}$; qua curvaturam = 19″; poſterius a radice ad apicem obtuſum linea recta = 11″. 6‴, parum recurvum, quin conicæ potius figuræ.

2. Repræſentat ſpolia inverſo ordine erecta, cornu longiſſimo ad ſiniſtram.

3. Prout ambo in baſi conſiderata, reclinata appareant. Peripheria cornu longioris in baſi = 19″, brevioris pariter 19″; ſic ambo evidenter habuerunt alveolos ſuos, de quibus BONTII cranium Rhinocerotis, altitudo cavitatis cornu longioris = 1″. 8‴, brevioris = 1″. 10‴.

Exinde apparet, *Kolbium* erronee retuliſſe, quod Rhinocerotis cornu oſſi capitis vel proboſcidis ſit connatum et cum oſſe continuum, quodque ad obtinendum ſpolium una cum parte cranii (prout ſcribit) exſtirpari debeat

Liquet ergo, Rhinocerotum duas minimum dari ſpecies, vel, ſi ambo quoad reliqua plane inter ſe conveniunt animalia, duas varietates, quorum alter unicornis, alter bicornis, prout modo duos novimus *Narwhales* Monodontem et Didontem. Cum vero ſupra teſtatum reliquimus, Rhinocerotes Aſiaticos non bicornes, ſed monocerotes eſſe, conſequitur bicornes in alia mundi parte ſtabulare. In America neuter illorum reperitur, ergo bicornes in Africa quærendi. Poſt hæc *Cyprianum* ad *Franz.* Hiſt. an. p. 620. mecum ſentientem offendi, nimirum: „Rhinocerotes non „eſſe tantum quærendos cum *Bontio* in remotiſſimis Orientis partibus trans „Gangem, ſed in Æthiopia alibique in Africa reperiri„ et cum a tempore *Pauſaniæ* multi autores bicornium mentionem faciunt ([28]), quodque Romani has beſtias opportune ex Africa nanciſci potuerunt, præ illis ex India, recte cum *Parſonio* concludimus: Now we do not want ſufficients Proofs to ſhew, that there is a Species of thoſe animals in Africa, having two Horns on the Noſe,

(28) Licet inficias ire nolimus, et Monocerotes Romæ fuiſſe, ſine dubio ex Aſia advectos, quod *Plinius* expreſſe ait, Rhinoceros unius in nare cornu, qualis ſæpe viſus. *Hamiltonius* equidem Hiſt. Ind. Orient. L. 1. connotavit, ſe in *Tierra de Natal* varia Rhinocerotum cornua vidiſſe *Bombagam* transferenda, et inter alia quoque tria cornua ex communi radice propullulata, quorum longiſſimum æquaverat 18″ alterum 12″, tertium vero 8 uncias, anguſtiora præ Indorum cornubus, mucrone peracuta; ſed in his natura videtur luxuriaſſe juxta productionem cornuum, ideoque ad inſolita vel anomala referenda.

Legi-

Legimus quidem in Relation. Hamburg. ad ann. 1744. No. XV, quod forte mares ſint bicornes, fœminæ vero unicornes, qualis differentia ſexus intercedat in Cervorum et Alcium genere, notorium enim eſſe, mares proceris, fœminas conciſis donari cornubus; verum, quod cum pace Dni autoris dixiſſe velim, nobis non eſt notorium, fœminas Cervorum, Alcium et Capreolorum unquam cornigeras fuiſſe, ni aliquando phœnomenon aliquod apparuerit, quale deprehendimus apud *Bartholinum* in fœmina homine cornuta. Suſpicamur itaque, clariſſimum autorem a fœminis Rangiferorum, quas cornutas eſſe novimus, ad fœminas Cervorum Alciumque argumentari, interim ſalvum maneat monitum præfatæ relationi No. XV adjectum, in rebus naturalibus admodum ſalutare: „Ne ſcilicet ex„terorum ſcriptis nimiam habeamus fidem, ſed res ipſas, quantum fieri „poterit, propriis oculis attente legamus.„ RHINOCEROS.

Cæterum laudatus *Teſdorpffius* ex relatione cujusdam Viri, qui ad Caput bonæ Spei per multos annos Centurionis vices ſubiit, acceptum habet, ipſum in Africa tam bicornes quam monocerotes vidiſſe, quod vero duplicia cornua rariſſime pro ſpoliis reportentur, in cauſa eſſe, quoniam Venatores Afri alterum, quod breve, cornu minus curant, ſed derelinquunt vel abjiciunt. Forte Centurio in hunc ſenſum ſe explicavit, quod in Africa et duplicia et ſimplicia vel habuerit vel viderit cornua, Afris communiter breve cornu minus curantibus; quippe Vir probus et bonæ famæ cognomento *Biebering*, ex paterna linea collaterali quadam cognatione mihi conjunctus, qui per aliquos annos ad Caput bonæ Spei domicilium habuit, jam vero Gedani placida utitur quiete, extra quam ſpolia ſupra fata apud me viderit, me certiorem reddidit, ſe non noſſe in Africa Rhinocerotes niſi bicornes, quorum habitum formamque corporis ita deſcripſit, ut pro conditione hujus viri de narratione veri nullum dubium contraxerim, fidem ſuam obligantis, incolas Europæos ibi locorum has beſtias non propter cornua perſequi, ut pote, quæ in loco minus æſtimantur, verum, quod plantationibus valde ſunt nocivæ tellusque rurantur, ubi ſolum ſcindere damnoſum, quodque Capenſes ab interfectis animalibus nullum aliud lucrum reportent, quam plerumque cubicam orgyiam pellis, ex qua Larærii Inſiles, Anglicanis ſcuticis quadantenus ſimiles conficiant, valore quandoque trium numorum argenteorum (Ducatons); raro autem venatores (præter juniores) unum alterumve vel aliquando junctim ambo cornua ſolvant et in ſignum debellatæ beſtiæ in prædiis ſuis exponant; iterum iterumque deponens, ſe inibi locorum Rhinocerotes unicornes dari nunquam audiviſſe, nec aliorum præter bicornium cadavera vidiſſe,

RHINOCEROS. idque de certa ſua ſcientia, quod ipſemet lorariam artem pro ſervitiis Illuſtris Societatis exercuit.

Nec *Kolbius* alius, quam bicornis mentionem facit, cujus alterum cornu humile, in adultis circiter ſex pollices altum, cum tamen noſtras = 11″. 6‴ par. et ſi quando duplicia cornua ex Muſeo Dni. *Sloanii* mentis oculis luſtramus, cogitatione percipimus, ejusmodi animal non quidem ſpeciem ſingularem, ſed ſecundam varietatem ſui generis abſolvere, alioquin tertia foret ſpecies; ſic et tertiam haberemus varietatem vel quartam ſpeciem in Theſauris Dreſdenſibus.

Ubi denique *Kolbius* ratiocinatur, naturam animali humile cornu cum in finem dediſſe, ut eo ipſo furorem ejus compeſceret, id probare nequeo, quin potius terribilem amborum armorum ſuſtinerem valorem; quodſi enim ira deferveſcens in curſu, e. gr. ſaxum anteriori cornu ruraverit et altero ſimul ſuſceperit, facili opera ſaxum vel pone vel juxta ſe vibrare valet, ſimile experimentum in animali patrare potens, de quo *Martialis* I. Epigr. 9:

Quantus erat Cornu cui pila Taurus erat.

Conſiderandum inſuper venit, quod nec duplicia illa et fere æqualia cornua ex Muſeo *Sloanii* pro impedimento, ne ſcilicet furorem omnem exerceat, ut *Kolbius* vult, natura animali conceſſerit; neque in eo calculum noſtrum ſententiæ autoris addere poſſumus, quod cornu humilius minoris ſit conſiſtentiæ præ longiore. Corniculum potius ex ſimili ſubſtantia conflatum, et cum brevius ſit, eo robuſtius majoremque vim perferre et exercere poteſt.

§. XII.

FAM. IV. TETRACHELON.

HIPPOPOTAMVS. HIPPOPOTAMVS. Bupotamus. Bomarin. Behemoth *Grew. Lud.* The River Horſeor, River-Oxe. Waſſer-Ochs. Fluß-Pferd. Equus Niloticus. Foràs-elbar, *Ægypt.* vid. Prodr. Quadr. p. 21. not. yy.

TAB. III. Conf. Tab. III.

Dn. *Juſſieu* Mem. de l'acad. des Sc. 1724: „Les Siecles - - ne nous „ayant ni detrompé du merveilleux de cet animal, ni guere mieux inſtruit „de ſa figure et de ſon caractere, nous ne pouvons encore rien adjoûter „à ce que Pline en a dit - - quoique Belon nous en ait donné le deſſein - - „et F. Columna - - un autre, neantmoins quelque exacts que ſoient ces „deux auteurs, ils ne ſont pas aſſés d'accord ſur la configuration de toutes „les parties d'Hippopotame etc. - - .„ Interim conferendi *Belonius* et

F.

F. *Columna* cum *Theveneto* et *Kolbio*. Quoad pedes *Thevenetus* ſcribit: Ses pieds ſont très gros -- et preſque ronds, et avec quatre doigts chacun - - extremo pedis ter ſulcato vel ſciſſo; chelasque undique ungula cornea circumvallatas talumque ſuum habentes, digitos vocavit autor. *Columna* ungulas ſingulas uncias tres longas dixit, et *Bellonius* in icone rotundas ungularum extremitates pictas habet, non roſtratos ungues, quales ſunt canum vel Luporum. *Kolbius* quoque pedes ungulas habere dicit, quater fiſſas i. e. ter ſulcatas leviter, ſive pedes quater ungulatos, prout Rhinocerotis pedes bis diviſi ungulas tres conſtituunt: Am Ende der Füße hat ſie (die Seekuhe) einen beynahe runden und breiten, auch in vier beſondere Spalten eingedruckten, doch nicht getheilten Huf, i. e. talo integro. *Ariſtoteles* et *Plinius* ungulam, qualis Bubus vel Cervis, i. e. ſemel ſulcatam prodiderunt. *Matthiolus* non niſi hæc habet: pedes biſulci non ſunt. *Ludolphus*, qui figuram beſtiæ dedit: „Roſtro, oculis et maxime auribus Equo „perſimilis; corporis vero et pedum forma prorſus diſſimilis, ac juba caret.„ Omnes autores ſic conciliari poſſunt, quod licet in unguium delineatione ambiguitas, an quinque vel tres vel quatuor cernere liceat, animal tamen tetrachelon ſit, chelis quatuor, talusque quintam diviſionem, ſed improprie, in figura *F. Columnæ* exprimat. Itaque pro antiquorum Hippopotamo animal habendum. Secundum *Columnam* corpus a capite ad caudam pedes tredecim; corporis latitudo ſive diameter pedes quatuor cum dimidio; ambitus crurium pedes tres; pes latus pedem; ungulæ ſingulæ uncias tres; caput latum pedes duos cum dimidio. Oris rictus pedem unum; Roſtrum craſſum carnoſum; oculi exigui lati unciam, longi uncias duas; aures tenues parvæ breves non excedebant uncias tres. Dentes habebat in inferiore mandibula ſex, quorum bini exteriores e regione longi, ſemipedem lati et trigoni, uncias duas cum dimidio, per ambitum ſemipedem, Aprorum more retrorſum declives, non adunci, non exerti. Maxillares utrinque ſeptem, craſſi, lati, breves admodum. In ſuperiore totidem et longi et maxillares; omnes eburnei, ſplendidi, in acie fere diaphani - - Mammæ inter femora; zwiſchen den Hinterbeinen ziemlich kleine Eiter, woran auch zwo ganz kleine Zitzen, Kolbe. Reliqua apud autores citatos; confer. *Aldrovandus* de Quadr. p. 181 ſqq. et *Prodromus quadrup.* (*). De dentibus *Linnæus Syſt.* Ed. 6: Dentes primores ſuperiores IV per paria remoti; interiores prominentes intermediis recta protenſis; canini ubique ſolitarii oblique truncati. Ultimis diebus Maji 1751 inter alia egregie picta animalia ad manus venit figura in charta vivis coloribus expreſſa *Hippopotami*, juxta Alexandriam in Nilo ſex globis plumbeis necatæ, cujus vul-

HIPPOPOTAMVS.

HIPPOPOTAMVS. nera cruenta ſimul ſunt indigitata. Iconem fecit: **Joſeph Arnold**, Mahler in Ulm; qui ſequentia inſcripſit tabulæ: dieß Thier, ſo zu Alexandria im Nil geſchoſſen, hat der durchlauchtige hochgebohrne Fürſt und Herr, Herr **Ludwig**, Landgraf zu Heſſen ꝛc. zu Marſilien geſehen A. 1618. Pictor *Arnoldus* vixit 1669; cum vero iconiſmus *Ludolphi* per omnia, imo quoad ipſam ſcalam, ſimilis ſit figuræ noſtræ, conjicimus, antigraphum hujus eſſe, quod *Ludolphus* Hiſtoriæ ſuæ Æth. anno 1681 inſeri curavit. Sine dubio Sereniſſimus Princeps *Ludovicus* Maſſiliæ autographum ab ipſo animali ſumpſit, ut modo de ejus facie habituque corporis certiores eſſe poſſimus. Conferantur exuviæ Lugduni Batavorum, quarum *Ludolphus* meminit in Commentario ad Lib. I. cap. XI. num. 85.

(*) *Marcgr.* p. 229 exhibet animal Tapiierete *braſil.* Anta *Luſit.* magnitudine Iuvenci ſemeſtris: figura corporis quodammodo ad porcum accedens - - De hoc quod in anterioribus pedibus quatuor ungulæ, in poſterioribus tres, media inter eas major in omnibus pedibus; ſed quod addit: Sunt autem ungulæ nigricantes non ſolidæ ſed cavæ, et quæ detrahi poſſunt; augurari non licet, an revera ungulæ ſint, an vero, quod autor Ungues validos craſſosque et eminentes ſupra digitis ungulas vocitauerit. Sic in dubio hærentes tam diu Tetrachelis adſcribendum hoc animal duximus, quam diu cauſa ejus clare et diſtincte explicata non fuerit.

§. XIII.

FAM. V. PENTACHELON.

ELEPHAS. ELEPHAS. **Elefant.** De quo *Plinius* (29): Digiti in pedibus informes, numero quidem quinque, ſed indiviſi et leviter diſcreti, Ungulisque non Unguibus ſimiles. *Ariſtoteles* (30) vocat digitos quinque numero in pedibus, minus expreſſos (31). Ab *Hartenfels* (32): in extremo pede Ungulæ quinque viſuntur - - valde informes - - ſunt pedes Ungulis magis quam Unguibus præmuniti. Similiter *Gillius* c. 4: Planta pedis prioris rotunda, quaqua verſus habens diametrum pedis unius - - In ſingulis pedibus anterioribus habet quinque ungulas inter ſe leviter diſcretas, ſed non eminentes extra rotundam pedis formam. In *Catalogo* vero *animalium quadrupp.* Muſei Petropolitani T. I. P. I. *Elephas* p. 338 ponitur inter Vivipara unguiculata; RHINOCEROS autem, HIPPOPOTAMVS et Animal Moſchiferum exhibentur ſub titulo: Animalia quadrupedia, pedibus ungulatis. In Contin. XI. *Relat. ex Tranquebar* p. 717: pedibus quater fiſſis, i. e. ungulis quinque. Minus completa deſcriptio pedum in Collect. Itin. L. IV. cap. III. in linguam German. verſa Parte II. p. 161.

(29) Lib. II. c. 46. (30) L. II. c. 2. (31) Conf. *Matthiol.* in lib. II. Dioſc. c. 50; du Hamel H. R. Ac. Sc. Lib. II. Sect. 9. c. 1. (32) Eleph. cur. P. I. c. 9. p. 67.

Dni.

Dni. *de Wilde*, Imp. Acad. Petrop. membri, Obſervatio mecum communicata rem in clariore luce exponet. ELEPHAS.

Elephantum quidem ſolertiſſimus H. N. Scrutator *Io. Rajus* inter animalia unguiculata, ſive inter illa, quorum pedum extremi apices prominent nudi, vel quorum digiti ſuperius tantum unguibus conſtruuntur, ſed non undique ita circumvallantur, ut ſuper ipſis incedere poſſint animalia, quemadmodum in Aſino et Equo aliisque videre eſt, refert; ambigere tamen quodammodo unguium reſpectu videtur, quia tales tantum in iconiſmo conſideravit, hinc Elephantem inter Ungulata et Unguiculata anomalum eſſe dicit. Nos animal manu contractantes percepimus, iſta in omnibus quaternis pedibus extantia corpora cornea, non ſupremorum digitorum partem, ſed digitos vel potius eorum apices veſtire circum; hinc non dubitamus, Elephantem pro Ungulato et inter Solipeda et ſulcata pro anomalo declarare, quia ejus tegmen pedis corneum fiſſuris ſive ſulcis perexiguis et brevioribus quidem eſt præditum, ſed tamen ſuper plantas pedum exporrigitur, et ad ſuperincedendum continuatur. Talem in modum ungulas vidimus nec cute, nec aliis huc ſpectantibus partibus ſeparatas; imo non multum abfuit, cute inter ſulcos ungularum protuberante et indurata, quin pedem ſolidungulum, caſu tantum in fiſſuras hiulcatum ſtatuiſſemus, ſed inquiſitius illum examinantes cutemque inter ſulcos et ſuper ungulis ipſis tollentes, phalangesque digitorum rite detegentes reperimus, in pede anteriore quinque ungulas, in poſteriore vero quatuor eorum utrinque eſſe; porro vidimus, has ungulas ſuperne et invicem cuti coaleſcere, ſed inferne continuare fungoſamque intus includere et continere carnem, cui ultima digitorum phalanga adhæreſcit; adhuc notavimus in plantis pedum parem corneam, quemadmodum in ungulis, eſſe ſubſtantiam cum ungulis ipſis cohærentem, aſperam, hiſpidam et ſulcatam aliquantiſper, tantum ungulis ipſis molliorem. Tandem invenimus plantam pedis anterioris orbicularem ambitu ſuo 4 pedes et 4 uncias, in diametro ubique $1\frac{1}{2}$ ped., poſterioris pedis plantam vero oblonge rotundam 3 ped. 10 unc. ſecundum ambitum, ſeſquipedem ſecundum longitudinem, et 1 ped. quoad latitudinem complere. Inciſuræ, quæ in plantis pedum, præſertim ad principia ungularum videntur, de contractionis ungularum et plantarum pedum motu qualicunque teſtantur. Cornea in ungulis ſubſtantia durior et compactior præ illa plantarum ab aëris liberioris afflatione et ſolis illuminatione provenit, quemadmodum apices ungularum obtriti et plani ex inceſſu animalis ponderoſo contraque terram in elevandis pedibus alliſione potius, quam a naturæ ritu dependent, qui varias exinde adipiſcun-

ELEPHAS. piſcuntur figuras ac planities. Præterea totum ungularum et plantarum tegmen tubulis juxta oppoſitis videbatur conflatum, ita ut aſſerto perſpicacioris *Malpighii* in epiſt. de veget. cornuum prolato, confirmare quadret: „Cornua atque ungulas initio puris vaſculis et fiſtulis componi, „quæ tandem ſatis elongata creſcunt, concreſcunt atque in tale durum et „ſolidum abeunt corpus; huc uſque Dn. *de Wilde.*

Elephantis *Naſi* officium eſt ſingulare, quo et pro manu utatur, *Ariſt.* I. c. 9; quo prehendit et cibum et potum, et ad os adducit. Mammæ ipſi ſub armis duæ, *Wottonus;* et *Ariſt.* L. II. c. 3: Elephantus quanquam duas tantum mammas habeat, juxta pectus tamen potius, quam in pectore habet; et *Scaliger:* Sane eas ſub armis geſtat. „The male as wel „as female Elephant have Teats, but they are very ſmall, in reſpect of „the Bulk of its Body, and ſo placed, that ſideways you can't ſee them, „*Tyſon Ourang outang p. 11.*„ Africani majores ſunt Ceylonenſibus. Pilis carent. *Struch* Account of the taking and taming of Elephants in Zeylan, Phil. Tranſ. N. 277: ibidem eſſe ſpeciem Elephantum, qui durante vita extantibus dentibus carent, *who never have the two long Teeth.* Alias dentes extantes et inverſi ſive reflexi dicuntur in maribus, quibus licet non mordeant, vehementer tamen incidunt; *Wottonus* appellat reſimatos in fœminis, minores et deorſum vergentes, pronique deviantes; vid. Oſteograph. Elephant. Dn. *Patrik Blair*, Phil. Tranſ. No. 327. qui fœminam diſſecuit, cujus dentes extantes deorſum verſi. *Kolbius* de dentibus fœminarum nullam mentionem fecit; negat quoque, quod miramur, *Ludolphus*, quin ſolis maribus cornua competere dicat, Lib. I. c. 10, fœminaſque ut Cervas illis carere. Proboſcis non duobus foraminibus, ſed unico tantum pervia lingua ſatis lata et longa, contra alios autores *Seba* Th. I. p. 176; maxilla inferior parva paucaque carne obducta. In oris parte ſuperna rotundum patet foramen, per quod dentes maximi ſuperiores ſeſe penetrant, quando ſugere deſinit pullus. Autorum alii ſeſquiannum geſtationis Elephantum determinant, alii duos annos, alii alios terminos. De pedibus *Seba* alleg. loco: Bini antici pedes quinis digitis, brevibus inæqualibus, poſtici vero quaternis tantum terminantur, obtuſique quodammodo ſubtus craſſiſſimo callo, cui inter currendum innituntur, inſtructi ſunt.

§. XIV.

Iam ORDINI PRIMO UNGULATORUM pro hac vice colophonem imponimus. Autores negotium nobis faceſſerunt, eo magis, quod

quod craſſis tenebris plerumque circumfuſum, ut aliquando vix Indagines perſentiſcere liceat. Prævidimus modo non minorem ſuſtenturos laborem juxta reliqua, quæ appellamus Animalia Digitata tam Piloſa et Zootoca quam Depilata et Ootoca (*), ſed nolumus animo cadere, ſic omnia ex ſententia cedent, rem ipſam locuturi, ne longius aberremus; magnaque nos ſpes tenet, fore, ut veritas paulo propius in lucem proferatur; cæterum cum *Rajo* Syn. p. 153. aſſeverare poſſum, quod de hiſtoria quadrupedum condenda, (*ante ſemeſtre ſpatium*) ne per ſomnum quidem cogitaverim. Scripſi 3 Nov. 1750.

(*) Parum abfuit, quin ſuperſediſſem labore; imo aliquantiſper tædium me cœpit, poſtquam legeram magni nominis *Buffonium* Hiſt. natur. gener. et partic. avec la Deſcr. du Cab. du Roy Tom. I. Diſc. I. qui p. 33: „Animaux, qui ſeront les plus neceſſaires, les plus utiles, tiendront le premier rang, par ex. il donnera la preference „dans l'ordre des Animaux au Cheval, au Chien, au Boeuf etc.„ quem ordinem „*autor* appellat: *le plus naturel de tous;* et p. 36: „Ne vaut il pas mieux faire „ſuivre le Cheval, qui eſt ſolipede, par le Chien, qui eſt fiſſipede, et qui a coutume de le ſuivre en effet, que par un Zebre, qui nous eſt peu connu, et qui n'eſt „peut-être d'autre rapport avec le Cheval, que d'être ſolipede.„ -- Ordo quem clariſſimus autor nobis proponit, me judice, maxime naturalis dici nequit. Antiqua diſpoſitio quadrupedum in ungulata et digitata minime arridet clariſſimo Dno. *autori;* ipſamque naturam, cujus diſpoſitio antiquiſſima eſt, multum redarguit, quod ſolipeda, furcipeda et fiſſipeda produxerit; hunc tamen ordinem et indocti ſequuntur coloni, ſeque ſentiunt perſuaſos, eſſe naturalem ideoque et ſimpliciſſimum. Non confundunt Canes cum Equis, quod Canis ſolet eſſe Equitis pedisſequus; utuntur Moloſſis, ut cuſtodiant Equos vel in equili vel in campis. Sorices et Feles magis ſunt familiares Equis; illi una cum Equis pabulantur, hi obſervant paraſitas, capiteque plectunt, quibuscum Equus tamen nihil commune habet, etiamſi et Canis et Sorex et Catus ſequerentur Equum, hoſpitiumque pugneum in itinere celebrarent. Maxime arbitraria eſt diſpoſitio talis, quam nihilominus culpat Dn. *autor;* magis naturalis illa, ubi Equum inſequitur Aſinus, Bovem, Ovis, Capra et plura, quæ in campis, pratis et ſylvis aliqualem inivere ſocietatem. Interim cum Dno. *autore* ſentio, indigena animalia quilibet ante ſatis cognita habeat, quam extranea inveſtigaret. Cui jam Taurus familiaris, non Urum dixerit Leonem; Paſſerem qui novit, non confundet cum Struthione, et quæ porro.

§. XV.

TABVLA SYNOPTICA DIGITATORVM.

- DIGITATORVM.
  - PILOSA vel *quadantenus*; (ſive ſint mere *coriacea*, ſ. *cataphracta*. Omnia: vivipara: ζωοτοκα).
    - FAM. I. Didactylon. §. XVI.
      - Camelus §. 16.
      - Silenus §. 16.
    - FAM. II. Tridactylon. §. XVII. conſtanter in anterioribus.
      - Ignavus §. 17.
      - Tamandua §. 18.
    - FAM. III. Tetradactylon. §. XIX. conſtanter in anterioribus.
      - Tatu (loricatus) §. 19.
      - Cavia §. 20. (hirſuta)
        - Lævis.
        - Dorſo aculeato.
    - FAM. IV. Pentadactylon. §. XXI. conſtanter in anticis.
      - Lepus §. 21.
      - Sorex §. 22.
        - Sciurus §. 22. } cauda piloſa.
        - Glis §. 22. } cauda piloſa.
        - Mus §. 22. } cauda tereti.
        - Talpa §. 22. } cauda tereti.
        - Veſpertilio §. 22. } cauda tereti.
      - Muſtela §. 23.
      - Acanthion §. 24. (Erinaceus. Hyſtrix).
      - Canis §. 25.
      - Lupus §. 26.
      - Vulpes §. 27.
      - Coati §. 28.
      - Felis §. 29.
        - Catus §. 30.
        - Lynx §. 31.
        - Pardus §. 32.
        - Tigris §. 33.
        - Leo §. 34.
      - Urſus §. 35.
      - Gulo §. 36.
      - Satyri §. 37.
        - Simia §. 38.
        - Cebus §. 39.
    - Anomalopes (pendactylon). pedibus quibuscunque anſerinis. §. XL.
      - Lutra §. 41.
      - Caſtor §. 42.
      - Roſmarus §. 43.
      - Phoca §. 44.
      - Manati §. 45.
  - DEPILATA (ſive tecta ſive nuda, nequaquam piloſa; omnia ovipara ſive ωοτοκα; vid. tabulam ſpecialem. §. XLVI)

§. XVI.

§. XVI.

O R D O II.

QVADRVPEDIA DIGITATA, PILOSA;

Omnia Ζωοτοκα, Vivipara.

FAM. I. DIDACTYLON.

I. CAMELVS. Cameħl.

Subtiliter diſtinguit *Moyſes* Levit. XI. inter Sciſſionem Diviſionemque Ungulæ, quando mentionem facit animalium, quæ et findunt et dividunt, aliorumque, quæ quidem eas dividunt, ſed non findunt. Notandum enim cum *Majo:* findere (Schaſa) ungulam, et fiſſam habere ungulam Hebræis animal dici, quando plane ſciſſa et quaſi diſſecta eſt ungula, ut in Suibus cernimus; dividere autem et diviſam habere ungulam (paras), quando fiſſa quidem eſt, non tamen prorſus ex omni parte, verum infra adhæret, ut in Camelis; unde didactylus unguibusque inſtructus, non ungulatus (ſpaltet nicht die Klauen) hinc ad eſum prohibitus, etſi ruminet, et dentium ordine ſuperiore careat (33). Ex mente *Aldrovandi* de Biſulcis p. 892. nec ſolipes, quod ſunt ſciſſuræ, nec biſulcus, cum digiti anſerino more cohæreant. Habet itaque binos digitos unguiculatos pelle infra conjunctos, unguibusque tanquam tegmentis et digitorum extremis prominentibus; conferatur *Wottonus* fol. 82. a. Pes veſtigio eſt carnoſus, Urſi modo, qua de cauſa pedes in longiore itinere ſine calciatu faciſcunt; eſt enim animal in Oriente et in Indiis inter jumenta deſideratiſſimum. Mares in adverſum mingunt: genitale enim inter crura poſteriora caudam verſus ſpectat. Fœminæ in ventre habent mammas binas cum papillis quaternis. Colla Cameli longa, crura perplexa, gibbi in ſupero corporis trunco Cameli veri, quibus carent ſpurii. CAMELVS.

(33) Conferatur ſupra §. I. nota (1) de pedibus ungulatis.

CAMELVS, Beſchet; Bactrianus fortiſſimus; binis tuberibus in dorſo, totidem in corporis parte ima; minor Arabico. Camelus tophis dorſi duobus, *Linn.*

CAMELVS. CAMELVS, Imel, Arabicus, altiſſimus, unico tubere ſupra et infra. Dromedarius Academicis Pariſienſibus et *Rajo* Syn.

CAMELVS minimus; Dromedarius; Æthiopibus Raguahil vel Ebamari, ad equitandum, unico tubere; animal velociſſimum, conficitque uno die amplius, quam centum paſſuum millia. Δρομος enim Græcis denotat curſus velocitatem. Communiter ſolet altiſſimus et tuberibus duobus vocitari Dromedarius (*). Camelus topho dorſi unico. *Linn.*

(*) Dromedari, eine Art Camehle, ſo viel ſchneller laufen; *della Valle.*

CAMELVS ſpurius, Peruanus, GLAMA dictus; *ελαφοκαμελος Matthioli* Epiſt. 5. *Raj.* Syn. Camelus dorſo lævi, pectore gibboſo. *Linn.* Pro ovis ſpecie perperam habitus a *Fabro* aliisque autoribus. Longus 6 pedes, altus 4'; capite, collo, ore, ſuperiori præſertim ſciſſura ac genitali Camelum refert; anterioribus dentibus in ſuperiore mandibula caret; ungues habens acuminatos, qui circa pedis ambitum in cutem craſſam abeunt, prout eſt planta Cameli, onus communiter 150 imo et 250 librarum ferre non recuſat; vid. plur. *Jo. Fabrum;* et Epiſtolam *Matthioli* a *Marcgravio* traductam poſt *Piſonem* p. 58.

CAMELVS laniger, Peruanus, PACOS, vulgo Ovis Peruviana; oneribus portandis minus idonea, ſed lanæ et carnis gratia præcipue alitur. Sunt itaque Peruani Camelo congeneres ſi recte deſcripti. Tuberibus carent. Camelus gibbis nullis; *Linn.* Mirabilem figuram vide apud *Marcgravium*; conf. ſupra nota (13).

SILENVS. II. SILENVS (34). Simia perſonata (35) verkleidete Affe, Ai Ceilonicus *Sebæ* I. p. 54. t. 34; cujus Catulus t. 33. num. 4. Bradypus manibus didactylis, cauda nulla. *Linn.*

(34) i. e. tardus et negotiis inutilis, unde Silenus ſenex ab Aſino vehi ſolitus.
(35) Prout Aſinus Cumanus olim creditus Leo.

Animal a *Seba* primum deſcriptum exhibitum. Tardigradus, vel Ignavus non eſt, licet agilis adeo non ſit, prout Simiæ vel aliæ beſtiæ, et licet, ſi verum, cantilenam animalis AI habeat; Ambos Tardigrados Ceilonicos vocat, matrem et catulum, hunc ſine pilis exhibet, qui rictu parvum canem et toto capite cynocephalum æmulatur; cauda omnino caret, et auriculæ breves ſunt ac rotundæ, capiti quam proxime adſtantes, prout ſunt aures Simiæ; unde Simiam perſonatam appellavi. Matrem ſic deſcribit: Capite et ore hæc ſpecies omnino diſcrepat. Americanis ſcil. Tardigradis, omnino alia eſt quam præcedentis, tardigradi, forma. Nates poſticitus, femora pedesque prout in Urſis vel in Simiis; ſed pilis denſiſſimis,

ſiſſimis, lanam quaſi referentibus hiſpida ſunt, id quod et reliquum per corpus obtinet. Pedes antici non niſi binos gerunt incurvos et longos ungues, poſtici vero ternos. Dum arbores conſcendere tentant hæc animalia, longis ſuis nituntur pedibus, quia natura ita ſunt comparata, ut pro lubitu flecti et ad peragenda quævis neceſſaria torqueri queant, quod adeo non miramur. Clamorem habet, quem Ignavi edere ſolent. Fœmella ſaturate eſt gilvi coloris per corpus ſuperum, dilute vero cinerei ſubtus; auriculæ planæ capiti adpreſſæ, uti in Hominibus, et capitis crine obteguntur. Bina in pectore, inter anticos pedes gerit ubera, prout in catulo mare cernere licet, cauda nulla, dum Tardigradi curta obtuſaque gaudent cauda; conferatur Ignavus, qui ſequitur. Vapulavit aliquando optimus autor de nominibus propriis, ſic, Yzquiepatl ſeu vulpeculam mexicanam, Tamanduam dixit p. 66, quaſi aliam omnino ſpeciem, canis ſeptentrionalis fere æmulam; maxilla inferiore craſſa et rotunda, binis inſignibus dentibus armata; cum tamen de ſex diverſis ſpeciebus ſit profeſſus, quod omnes dentibus careant. SILENVS.

§. XVII.

FAM. II. TRIDACTYLON.

I. IGNAVVS. Tardigradus. Ai; Unau *Jo. de Laes.* **der Faule.** Luiaardt *Belg.* Pezillo et Perico ligero, Priguica, Hiſp. et Luſit. BRADYPVS manibus tridactylis cauda brevi. *Linn.* (36) Pareſſeux. **Faule.** IGNAVVS.

(36) Vid. *Cluſ.* Exot. Lib. 5. c. 16. et in Auct. *Thevenot* c. 52. *Marcgr.* L. VI. *Grew* Muſ. Reg. p. 11. Tardipes *Raji.* Syn. *Joſ. a Coſta* L. 4. c. 38. Ob tarditatem motus et pigritia dicitur, rependo enim paſſus 50 diem ſolidum requirit; in Cacuminibus arborum, in quibus frequentius degit, biduum integrum, et in deſcenſu tantundem.

Notæ characteriſticæ: Inceſſus tarditas ſumma; crurum anteriorum præ poſterioribus longitudo, et tres tantum in ſingulis pedibus digiti unguiculati.

IGNAVVS, Americanus, riſum fletu miſcens, *Sebæ* I. pag. 53. Tab. XXXIII. f. 2. Pilus ex griſeo quaſi variegatus; auriculas nullas habens, ſed tantum meatus auditorios; crura et pedes plumbea; unguibus incurvis.

IGNAVVS *Marcgravii*; magnitudine Vulpis noſtratis. Longitudo corporis pedalis, *Cluſio* 14 uncias, pedes valde anguſti, ut non mirum, quod non niſi cum difficultate progredi queat; unguibus deorſum incurvatis, ſuperius arcuatis, inferius carinatis. Caput parvum, ſubrotundum. Dentes haud magni, inſtar Agni; *Cluſio* lati (37).

IGNAVVS. Ignavvs Americanus, ſomnicoloſus; cinereus; crura cujus pedesque pilis breviſſimis obſita, gracilia; unguibus humanis ſimilibus; vulpeculæ magnitudine; *Muſ.* olim noſtri in phiala vitrea; dentibus agninis.

Ignavvs orientalis; minimus. Oſt-Indiſcher Loyert, *Muſ.* olim noſtri; pilis rufis; *Vincent.* Cent. II. n. 71; unguibus ſimiæformibus (38).

(37) *Car. Linn.* quidem edentulum dixit; Sunt vero omnes dentati; vid. Prodr. de quadrupp. p. 12. nota t). Correxit primus ita: dentes inciſorii intermedii nulli Syſt. N. Ed. 6.

(38) Male *Geſnerum* Ignavo nomen Arctopitheci indidiſſe queritur *Marcgrav.* Lib. IV. c. 1. in fine; nihil enim commune habet cum Simiis. *Linnæus* hoc animal ad Antropomorpha numeravit.

§. XVIII.

TAMANDVA. II. TAMANDVA. Tamandua-Guacu-Tamandua-J, *Margravii.* Urſus formicarius, Candani. Ant-Bear, *Raj.* Myrmecophaga, i. e. venator formicarum; Mieren-Eeter, batav. Ameiſen-Freſſer; Ameiſen-Schlucker. Mange-fourmis Renard Ameriquen; *du des Marchais* III. p. 307. Erd-Schwein, *Kolbe* p. 165. Fourmiller.

Corpore ſatis longo, capite prolixo, roſtro ſenſim attenuato, lingua tereti, longa, emiſſili, formicis capiendis aptiſſima in acumen deſinente, cujus extremum in exiguum globulum abit; dicitur in ore gerere duplicatam, *Marggr.* et des *Marchais*, qui bona fide *Margravium* ſecutus eſt, nos non temere judicamus, linguam ejus ita ſe habere, prout natura conſtruxit linguam avis pici, ut commode recondi et emitti poſſit; cauda longa hirta quidem, minime autem tam ampla, ut Vulpis caudam ſuperet, il n'ya point de renard au monde, qui ait une queüe auſſi ample, que la leur; *des Marchais.* Animal plane edentulum, tardum, ut ab homine capi poſſit, prout Silenus, Ignavus, Diabolus Tajovanicus, Armadillo, Hyſtrix &c., poſteriorum pedum planta ſimilitudinem habens cum plantis urſinis; ſolummodo in Indiis occidentalibus ſtabulat, admodum inibi vulgare; linguam, quando formicis vult veſci, exſerit, et formicarum tumulo tam diu imponit, donec plena ſit formicis, quas deglutit; pilis vel canis vel nigricantibus vel ex albo flaveſcentibus; habuimus Tamanduam pilis canis; In anterioribus pedibus digitis tribus, non quatuor nec quinque, inſtructum, in poſterioribus omnes Tamanduæ quinque habent digitos; unica ſpecie hic no. 3, quod ſingulare anomalon audit inter quadrupedia omnia, qua pedes anticos Monodactyla; ut Taman-

manduam recte dixeris: quadrupes digitis anteriorum pedum paucioribus. TAMANDVA.

1. Tamandva-gvacv, i. e. Myrmecophaga; omnium maxima. Animal, ſecundum *Marcgravium* magnitudine Canis Lanionum, qui magnitudine inter ſe multum differunt, cujus pedes anteriores in quatuor digitos diviſi, quod omnino fallit, medii duo maximi, unguibus longis, poſteriores quinque digitis inſtructi quod veriſſimum. Sed conſule *Sebam* p. 66. et inſpice in tabulam 40 ibique in figuram I. Pedes anteriores tridactyli ſunt, poſteriores pendactyli, uti in omnibus. Ulterior *autoris* deſcriptio hæc: „quod ſit longo corpore, altis latisque ſcapulis, capite „admodum prolixo, roſtro ſenſim attenuato, patulis amplisque naribus, „lingua longa, ad ſeſquiquadrantem ulnæ emiſſili; auriculæ longæ pendu- „læ; oculi ſat grandes, craſſis palpebris defenſi; roſtrum longum, rugis „numeroſis -- raro pilo veſtitum; caput breve, planum, pili preſſuli te- „gunt; reliquum corpus longis craſſiſque pilis quaſi ſetis porcinis hiſpi- „dum, qui tamen proxime ad cutim tenuiores et lanuginoſi, dilute ſpadi- „cei coloris; venter pilos magis rufos gerit; Caudæ longæ et in acumen „deſinentis facies ſuperna dilute fuſca eſt. Fœmella octo papillis ventre „prominulis donata, ternis nimirum utrinque verſus pedes poſteriores, bi- „niſque inter pedes anteriores -- Antici poſticique pedes a Num. 2. tabu- „læ XXXVII. ita legendum pro: præcedentis tabulæ, haud differunt, niſi „quod majores ſint (39); omnes ſpecies dentibus carent„ (40). Rariſſimum hoc animal farctum et nitide diſpoſitum inter Theſauros rerum naturalium Dresdæ conditos cernitur, cujus accuratam delineationem, quam hic Tab. IV. exhibemus, gratioſiſſimo Miniſtri principis Comitis *de Brühl* permiſſu, pro ſuo in hiſtoriam naturalem ſtudio, humaniſſime nobis transmiſit Cl. *Eulenburgius*, Conſiliarius rei metallicæ et Theſauri illius Inſpector, amicus noſter certiſſimus. Altitudo animalis ulnam ferme ſuperat; collum, caput et proboſcis ulnæ et trium pollicum longitudinem emetiuntur, corpus vero ita ut cauda ſola conſiderata eandem ferme longitudinem ſervant. Proboſcis parum piloſa, in orificio, ex quo linguam longius emittit, excavata eſt. Oculi parvi nigri, auriculæ admodum breves ſubrotundæ inveniuntur. Collum, corpus et pedes, pilis ſeu potius ſetis copioſis et rigidioribus inſtruuntur, brevioribus et mollioribus his interpoſitis, omnes quidem ex nigro et cano variant, a collo vero ad ſcapulas utrinque longa ſeries nigrorum pilorum, ex lato in anguſtum verſus dorſi poſteriorem partem extenditur. Cauda inſtar equinæ maxime hirta, ſetis rigidioribus nigris obſita eſt. Pedes anteriores tetradactyli, poſte-

TAMANDVA. poſteriores pentadactyli, unguibus in pedibus anterioribus longioribus et craſſioribus magis inflexis, quam in poſterioribus armati conſpiciuntur.

(39) Jam vero Tamandua no. 2. t. 37. quæ hic in ordine ſecunda, tribus digitis anterioribus, et quinque poſterioribus gaudet.

(40) Nihilominus optimus autor p. 66. no. 2. animal Ysquiepatl, ſeu vulpeculam, dixit Tamanduam Mexicanam, *Hernandeſii* Myrmecophagarum aliam omnino ſpeciem, capite ovillo, inferiore mandibula binis inſignibus dentibus, pedibusque omnibus pendactylis; animal et ſecundum *Anton. Recchi* nullo modo in tribum Myrmecophagarum trahendum, vid. ſupra SILENVM ad finem §phi XVI.

2. TAMANDVA-J *Braſil. Marcgr.* The leſſer Ant-Bear *Raj.* Syn. Pedes, inquit, magnitudine Cercopitheci, ita fere ſe habent, ut in præcedente, Tamandua-guacu, ſic ambiguos nos reddit autor, utrum pedes anteriores in quatuor, an vero in tres diviſi? *Seba* p. 60. fidem nobis, ut ſcribit, facit, ſe ejus icona ad vivum exhibuiſſe tab. 37. no. 2: Eſt helvi coloris, molli pilo lanæ quaſi æmulo veſtitum; curto collo; latis armis; longo anguſtoque capite et roſtro, e quo longa protenditur lingua. Pedes antici urſinorum æmuli, præter digitos communes (41) tres deſuper alios, aliquando unum duntaxat, ſinguli gerunt, quorum quilibet incurvo ungue, medius tamen maximo armatur; his terram eruendo nidos formicarum quærunt et emungunt. Pedes poſtici hujusce ſpeciei, uti in Urſis in quinque digitos fiſſi ſunt. Mares inſigni pene donati, teſticulos intus ſub cute reconditos gerunt.

(41) Autor hic in genere de omnibus ſpeciebus loquitur, ex quibus tres huic attribuit digitos.

3. TAMANDVA, alba, altera ſeu Coati, *Sebæ* p. 60. t. 37. no. 3. Hæc aliam præ ſe fert faciem, quam priores; monodactylon; de qua ſupra. Autoris deſcriptio: „Caput multo brevius, auriculæ minores, oculi paulum grandiores, roſtrique pars inferior non nihil prolixior. Lingua priori non abſimilis, longa, anguſta, capiendis et ingerendis formicis apta. Armi quoque lati ſunt -- Antici pedes craſſum protendunt digitum, lato curvoque ungue armatum. Poſtica crura pedeſque urſinorum æmula. Pilus albicans, quaſi laneus, longior fere quam præcedentis eſt; ſicque et criſpata cauda. Hæcce rariſſimas inter ſpecies cenſetur; Myrmecophaga cinerea *Theſauri Bareythani.* TAMANDVAM americanam minorem, cum nido formicarum, vide *Seba* II. p. 48. t. 47. no. 2.

§. XIX.

§. XIX.

FAM. III. TETRADACTYLON.

I. *LORICATVM ET PILOSVM.*

TATV. Panzerthier. SQVAMATVS vel CATAPHRACTVS. TATV.
α. TATV MVSTELINVS: VIVERRA cataphracta. Diabolus Tajovanicus.
β. PORCELLVS cataphractus. TATV porcinus. γ. TATV caninus.

Sunt animalia cataphracta, ita tamen, ut vel inter ſquamas, vel in inferiore corpore, mento, collo, ventre et cruribus appareat cutis prominentibus poris, quaſi ſagrinatis, et rarioribus pilis; omnia tetradactyla in quatuor pedibus; TATV CANINO Pentadactylo ſive TATV CYNOCEPHALO excepto; unico anomalo.

TATV (42) muſtelinus. Viverra, Tamandua cataphracta; quod inprimis formicis veſcitur, lingua tereti longa Tamanduæ ſimili; Edentulus. Diabolus Tajovanicus. Armadillus ſquamatus, major, ſeu Diabolus Tajovanicus Siamenſium ex inſula Formoſa; *Sebæ* p. 87. t. 53. num. 5. Caput longum tenui ore, longe exſerta lingua, illi ſimili, qua genus gaudet Myrmecophagorum; oculis lucidis; auriculis minutis planis; complicare ſe novit, ut nihil ejus in conſpectum veniat; præter ſquamas exteriores duriſſimas, quæ ipſum ab omnibus injuriis ferarum liberum reddunt.

TATV muſtellinus; Armodillus ſquamatus, major, Ceylanicus ſeu Diabolus Tajovanicus dictus, *Sebæ* p. 88. t. 54. num. 1. Singulas inter ſquamas, pulchro ordine digeſtas, aliquot eminent pili longi, ſetacei per totam corporis ſupinam faciem, capite et cauda exceptis. Caput in anguſtum convergit et tenue os, cui longa inhæret lingua, qualis Myrmecophagorum; hujus antici et poſtici pedes curti, craſſi, tuberoſi in quatuor finduntur digitos, quorum duo (43) in medio ſiti longiores.

(42) Hallucinati ſunt nonnulli autores juxta numerum digitorum, inter quos *Oviedus* primum deſcripſit Armodillum. *Marcgravius* p. 231 de Tatu ſuo primo: „pedes „quinque digitis omnes præditi, quod non niſi in Tatu canino, ſive Tatucapera lo- „cum habet; et de Tatuere„ quod anteriores pedes habeant quatuor digitos, poſteriores quinque; *Cluſius* exot. p. 110 de tertio genere ſcribit, et quidem ex pictura, quam a *Iacobo Plateau* acceperat: „poſteriores pedes ternis digitis et calcari (= 4) „præditas fuiſſe pictura fidem faciebat, anteriores vero duntaxat binis et calcari „(= 3), niſi a pictore fuerint prætermiſſi.„ *Rajus* de Tatu muſtelino, ſive Diabolo Tajovanico, quod ſinguli pedes in quinque digitos diviſi, quod rurſus apertum involvit errorem. Qui animalia ipſe non vidit tuto ſequatur *Sebam* propter egregios, quos communicavit iconiſmos, etiamſi aliquando lapſus calami in textu paſſus ſit. Hic p. 45 ſcribit: illum tab. XXIX. exhibuit, pedibus eorumque digitis non differre ab alio, quem Tab. XXXVIII, ſic lege loco XLII, expoſuit; jam vero de hoc: „pes quilibet gerit tres digitos prominentes, longis acutisque unguibus armatos,

„unum-

TATV. „unumque a poſtica parte extantem, cui tanquam calcaneo innituntur, ergo = 4 „digitis; qui 4 digiti omnes etiam in oculos cadunt;„ Tatu autem tab. 29 ſic delineatus, ut poſticus in anterioribus pedibus videri nequeat, in poſteriorum vero uno pede, qui proſtat, apparent quatuor. Idem p. 47 Africanum marem et fœminam alterius Tatu, qui eſt Tatu Caninus ſ. Tatu apara vel Armodillo Nothus, tab. 30 deſcribit, et quinque digitos in ſingulis pedibus oculis ſubjicit, animal hujus generis Anomalon; pag. 87 Tatu juvenem habet et tab. 53 pinxit quatuor digitis.

(43) Error in textu p. 89, ubi quatuor pro quinque et duo pro tres in linea tertia legi debent.

Tatv porcinvs. Tatu ſimpliciter. Porcellus cataphractus. Armadillo communiter; Schildverkel. Verken. Cuniculus cucurbitalis, quod corpus ita contrahit, ut globoſus fiat; χελονισκος, χελωνικινος, teſtudinatus Porcellio, vel teſtudinatus Echinus; Exoticum animal *F. Col.* A. et T. O. p. XV. vid. *Labat.* Amer. II. p. 387. *Rochet* p. 139; *des Marchais* III. p. 302. Aytochtly; Daſypus cucurbitinus, Tatou vel Armadillo *Hernand.* H. Mex. p. 314. Tatou, ſeu Armodillo Americanus *Sebæ* p. 45. t. 29. num. 1. Caput longum eſt, vulgaris Porci æmulum; ſimiliterque ſe habet os, proboſcis et auriculæ longiuſculæ; ſquamæ cinereo-flavæ; ex quibus conflata ſunt ſcuta; anterius et poſterius corpus binis munitur ſcutis, aliisque decem anguſtioribus intermediis, quæ articulorum ad inſtar ſupra ſe invicem arctari laxarique poſſunt. Conjungit iſta interius craſſa cutis, unde gliſcunt ſupra ſe mutuo, et ſic dorſalia ſcuta media exorbitare non patiuntur; collum, maxilla inferior, venter et femora, raris aſpera capillis, retracta magnis ſub ſcutis reconduntur. Cauda oſſea, ſquamata et annulata; quæ vel in convoluto animali prominet. Armadilli terram fodiunt, ſub qua etiam latitant, imo et aquoſa loca frequentant. Pedibus incedit brevibus; Hujus juvenem vid. Tab. LIII. num. 6.

Tatv porcinvs, ſeu Armadillo Orientalis, lorica oſſea toto corpore tectus, *Sebæ* p. 62. t. 38. num. 2. Omnium pulcherrimus. Frontem omnem unum conſtituit ſcutum, plurimis interſtinctum diviſionibus, quæ ſquamas elevatas fere referunt; per totum corpus ſquamæ roſas referunt in anteriore et poſteriore parte; quibus et oculi circumvallantur magnitudine et venuſtate eximii, ad auriculas uſque, quæ nudæ ſunt. Os in acutum convergens roſtrum protendit, Porcini inſtar, eminentius, et dentibus, prout antecedens, acutis ſcatet; cauda ſupra et infra paulum applanata, uno tantum articulo conſtat, extuberantibus oſſiculis roſam referentibus inciſa quaſi et cælata. Ventrem ſubtus craſſa pellis, craſſis rarisque pilis obſita inveſtit. Pes quilibet tres gerit digitos prominentes, longis acutisque unguibus munitos, unumque a poſtica parte extantem, cui tanquam cal-

caneo

caneo innituntur. Animal rarum admodum, et haud vulgare. Ejusmodi convolutum quaſi in globum vid. tab. eadem XXXVIII. num. 3. TATV.

TATV CANINVS, capite pedibusque anomalis; Tatu-apara. Armadillo Nothus; pedibus altis; cynocephalus; digitis quinque ſingulorum pedum, quorum medii tres maximi. Caput craſſum, et obtuſum in roſtro, caninum. Collum curtum laxa veſtitur et craſſa cute, per plures rugas complicata. Crura alta, uti Canum, cum pedibus ſimiliter rugoſa pellis, craſſis munita ſquamis tegit. Tatou ſeu Armadillo Africanus, Mas *Sebæ* p. 47. t. 29. num. 3. cauda calva, craſſoque corio tecta. Fœmina p. 48. t. ead. num. 4. a mare diſcrepat, quod tria ejus inſignia ſuperni corporis ſcuta haud adeo eleganter picta ſunt, quam quidem in mare, et quod cauda fœminæ ad extremum uſque ſcuto ſquamato tegitur, quum ob corporis latitudinem cauda ſub ſcutis nequeat recondi, prout in maribus.

§. XX.

II. *HIRSVTVM.*

CAVIA. Afterhaſe. Aftercanin. Nomen eſt commune omnibus ſylveſtribus, quæ Luſitani vocant Ratos do Matto; pilis, inprimis voce, Porcelli; digitis anteriorum pedum quaternis. Communiter Porcelli, et Cuniculi Americani, quod in cuniculis vel arboribus cavis habitant. CAVIA.

1. Lævis.

CAVIA COBAYA Braſil. quibusdam Mus Pharaonis. Tatu piloſus, Porcellus, Mus Indicus. Porcellus pilis et voce. Cuniculus Americanus et Guineenſis. The Guiny Pig; *Raj.* Syn. Auribus breviſſimis; corpore brevi, pleno; auriculæ humiles, tenues, pellucidæ, patulæ, ſubrotundæ, recens natis haud multo minores, quam adultis (44); barba et roſtro leporinis; colore diverſus; caro porcinam ſapit, et ad menſam pelle non nudatur, ſed aqua fervente depilatur; dentes ut in muribus; caudæ veſtigium nullum. Anteriores pedes quaternis donantur digitis, poſteriores ternis; non habent, ut volunt *Geſn.* et *Aldrov.* digitos ſenos ante, nec quinos pone. In Europam e Novo Orbe invecti; nunc ubique ſunt frequentes, animalcula fœcundiſſima; Germanis: Meer-Schweinchen, forte quod tranſmarini, et voce Porcelli utuntur. Pluribus vide *Entium* apud *Charletonum* Exercit. p. 103 ſeq. et *Raj.* Syn.

(44) Non eſt ultima nota characteriſtica Lepuſculorum ſive vulgari nomine Cuniculorum, quæ ab auribus prælongis peti ſolet, prout jure inter ſe diſtinguuntur Equus et Aſinus; unde eſt, quod Caveæ cum Cuniculis vel Leporibus elumbibus non confundendæ.

CAVIA,

CAVIA. Cavia, agvti vel acvti, Braſil. Grunnit, ut Porcellus; pili ſunt craſſi ut in Cobaya, ſplendentes, ex ruffo et brunno mixti, cum pauxillo nigro, in ventre magis flaveſcentes. Vulgo: Mus ſylveſtris Americanus Cuniculi magnitudine, Porcelli pilis et voce, *Raji*. Cauda breviſſima, glabra; crura anteriora breviora. Caput et barba Cuniculi; roſtrum acutius; digitis anteriorum pedum 4, poſteriorum 6. Iraſcens dorſi extremi pilos in altum ſurrigit, et cruribus poſterioribus terram pulſat.

Cavia, paca, *Marcgr*. Mus Braſilienſis magnus, Porcelli pilis et voce, *Raji*. Corpore pingui et craſſo. In pedibus digitis quatuor; pilis brevibus, ad tactum duris, umbræ coloris; in lateribus maculas habens cinereas longitudinales; in ventre albicans; decem circiter digitos longus; capite craſſo, auribus glabris et paulum acutis; cauda breviſſima; vehementer mordens; Caniculis capitur.

Cavia, aperea. Cuniculus Braſilienſis Aperea dictus; *Marcgr. Raj.* Syn. p. 206. Auriculas habens breves, ſubrotundas; pilorum color Leporinus, in ventre albicans; caret cauda. Crura priora tres circiter digitos longa, in quatuor digitos exeuntia, poſteriora paulo longiora, tribus digitis, medio longiſſimo.

Cavia svrinamensis. Cuniculus Americanus, *Sebæ* I. p. 67. t. 4. F. 2; auribus brevibus; capite obtuſo, longoque collo; pilo ruffo, rigido et pungenti uti ſetæ, præcipue per dorſum; cauda unciam fere longa; pedes omnes in quatuor digitos fiſſi; incurvis acutisque unguibus; elumbis; caro alba, ſicca, ingrati ſaporis.

Cavia bahamensis. Cuniculus Bahamenſis, *Catesb.* 2. p. 79. Cauda longa. Cet animal eſt un peu plus petit, que le Lapin de Garenne ordinaire; il eſt brun, ſans aucun melange de gris - - Leur chair a plus le goût du Cochon que celui du Lapin; vid. figuram. In errore verſatus optimus autor, quod ſuſpicatus ſit Murem eſſe Alpinum, ſive Marmotam, *Raji* Syn. Quadr. p. 221, de quo infra ſuo loco. Confer. *Append. Catesb.* p. 28. Ibid. *Marmota Americana.*

Cavia iavensis. Lepus Iavenſis *Catesbeji* in Append. p. 18. Il étoit de la groſſeur d'un Lievre d'une taille ordinaire, couvert d'un poil brun et rouſſâtre; la tête petite à proportion du corps; les yeux grands et avancez, les oreilles comme celles d'un Rat; à cela près, la tête participoit à la reſſemblance d'un Daim et du Liévre; le rable et les cuiſſes d'une

d'une grosſeur remarquable; les jambes etoient longues; les piez de devant avoient chacun quatre doigts, le plus externe étant fort court; les pieds de derriere n'avoient chacun que trois doigts; pour la queüe, elle étoit tres-courte. L' animal eſt originaire de Java et de Sumatra. CAVIA.

2. *Dorſo aculeato.*

CAVIA Hudſonis. The Porcupine from Hudſon's Bay. Animal ab *Edwardo* primo deſcriptum: The Head is line a Rabit's, Capite Cuniculo ſimilis; naſo piloſo; primores dentes æmulantur dentes Caſtoris vel potius Leporis, ad ſcindenda gramina, plantas et radices, for gnawing or biting of Graſſ; auribus parvis; pedibus brevibus; unguibus prælongis, acutis; digitis anticis quaternis; poſticorum pedum quinis; cauda ſatis longa; Inter pilos in ſuperiori parte capitis ſuper dorſo, et cauda crebris aculeis munitum animal, quorum longiſſimi 3" beneath the Hair on the upper Part of the Head, Body and Tail, it is thick ſet with very ſharp ſtiff Quills. Reliqua apud *autorem;* Ex freto *Hudſonis.*

§. XXI.

FAM. IV. PENTADACTYLON.

Hæc inter Ζωοτοκα Familia eſt a tribubus numeroſiſſima; prout inter AVES Familia quarta TETRADACTYLORVM digitis ſimplicibus, unico poſtico.

I. LEPVS. Haſe. Levipes. Λαγως, λαγωος. Δασιπȣς. The Hare. Haſe: Lepusculus; Cuniculus; a Rabit or Cony. Acceptum habeamus, quod LEPORES in ſtationem CAVIARVM ſuccedant, quorum differentias indigitavimus. In animo quippe eſt, ut a notioribus pendactylorum generibus ad minus nota et illuſtriora adſcendamus. Hæc animalia notiſſima longa non indigent deſcriptione; ſufficiat, quod pedes anteriores pentadactyli, poſteriores tetradactyli; aures pro ratione capitis brevis prælongæ; labium ſuperius in medio fiſſum, Haſen-Scharte; cauda brevis, oculi ciliis carentes; plantæ pedum hirtæ. De dentibus *Linn.* S. nat. ed. 6. LEPVS.

LEPVS vulgaris, cinereus; cujus venatio animum exhilarat. Lepus cauda abrupta; pupillis atris *Linn.*

LEPVS albiſſimus; toto nitens in corpore candor; juxta Alpes, et apud Septentrionales. Stein-Sand-Haſen (45).

LEPVS. LEPVS niger, qualem habuit *Wormius* Muſ. p. 321. ex Boringholmo; totus niger exceptis pedum extremitatibus, quæ ad cæruleum tendebant, intermiſtis quibusdam pilis fuſcis, quibus ordinarie præditi ſunt vulgares lepores. Lepus niger in Theſauris Regiis Dresdenſibus.

LEPORES cornuti pro monſtroſis habentur; talia cornua quæ raro viſuntur ipſe habui; vid. Tab. III. et plures *Worm.* citat. *Balbinus* Miſc. hiſt. Bohem. non inſolentes in Norvagia Lepores cornuti. Vide Quadr. Hiſt. Prodr. not. (oo) et figg. Leporum cornutorum in tab. ibid. conf. *E. N. C.* Dec. II. A. VI. Obſ. 183. p. 368. ibique fig. Leporis cornigeri. Anno 1750. in relationibus Berolinenſibus von Staats = und gelehrten Sachen, No. CLV. d. 26. Dec. legi: Leporem dentibus mandibulæ inferioris primoribus albiſſimis ad latera prout in Apro longius exſertis; inter quos duo alii ex ſuperiori mandibula cornuum Capreæ ad inſtar recurvati in os. Illi ex ore ſoluti 3″ longi, hi 1″, in ambitu $\frac{1}{3}$″; Werthemiæ necatum. Rara hæc naturæ luxuries

LEPVSCVLVS; Cuniculus; terram fodiens; Kaninchen. Lepus cauda breviſſima; pupillis rubris *Linn.* partibus internis non minus quam externis Leporem referens; Cinereus, albus, niger, rutilus et ex albo variegatus. Lepores hiſpanici. Vulgares Lepores in ſylvis et campis totos dies immoti ſedent, internoctu pabulantur; Cuniculi in foveis plerumque ſtabulantur.

(45) In Pruſſia et in Suecia æſtate cinerei, hyeme ſemper albi multi. Nonnullos et media æſtate in Pruſſia ad littora maris in Nehringa Curionum totos albos venatus ſum.

§. XXII.

SOREX. II. SOREX. ROSOR. Nager. Nomen a Sono petitur, quem aliquid rodendo edit, vel ſecundum *Iſidorum*, quia in modum Serræ aliquid primoribus dentibus præcidit; Alii a Σορον, putridum, derivant, quod, cum ſit brevis ævi, facile corrumpitur et interit. Quidquid ſit de Etymo, nobis pro genere venit SOREX, ſuos habens tribus: Cauda piloſa: SCIVRVS et GLIS; cauda tereti, pilis rariſſimis, glabra: MVS; omnes rodendo quatuor primoribus dentibus longiſſimis ſonum edunt. Omnes habent pedes pendactylos; neſcitur, quare Dn. *Linnæus* Sciurum vulgarem pollice in manibus privaverit, Syſt. nat. cum inter Errata non correxerit 4-5. In ſceleto 1$\frac{1}{2}$‴ paris: adæquat; vid. Sciurum virgin. cinereum infra.

Cauda piloſa: I. SCIVRVS. Eichhorn. Σκιουρος, a σκια et ουρα, quod ſibi cauda umbram faciat; hujus nominis autor *Oppianus*; Latini retinuerunt vocabulum. Alii aliter nominant Pirolum, Spirioſum, Scurulum; caudam ſedens ſupra dorſum erigit; amnes tranaturus, cortice conſcenſo,

ſcenſo, cauda pro velo utitur (46). Ratione coloris inter ſe diſcrepant juxta regiones, in quibus naſcuntur. Infinita multitudo Sciurorum in Polonia, omnibusque ſylvis Septentrionalibus. Inſigni membro genitali mares Sciuri inſtructi. SCIVRVS.

(46) Rei veritate nititur, quod *Geſnerus* ex *Vincentio Beluacenſi* et *Olao* M. refert: Sciuros, quando aquam tranſire cupiunt, lignum leviſſimum aquæ imponere eique inſidentes, et cauda, non tamen ut vult, erecta, ſed continuo mota, velificantes neque flante vento, ſed tranquillo æquore transvehi, quod fide dignus fidusque meus Emiſſarius ad Inſulas Gothlandiæ plus ſimplici vice obſervavit, et cum ſpoliis in littoribus ibidem collectis redux mirabundus mihi retulit. Diſſert. noſtra de Sciuro volante, *Tranſ. angl.* No. 427. p. 38.

SCIVRVS vulgaris, rubicundus; gemeines rothes Eichhorn. Habitat in arboribus frequens, æſtate ruber, hyeme incanus, Grauwerk dictus, *Linn.* Noſtrates tam in ſylvis quam in caveis vulgares et hyeme et æſtate rubri. Qui Grauwerke nobis audiunt, ſpecie et moribus diverſi. In Polonia utique vulgares cinerei, non mutantes pellem; haud rari quoque vulgares nigricantes; profunde fuſci; ex albo et ruffo varii, et aliter maculoſi. Clunibus inſidens prioribus pedibus cibum tenet orique admovet. Mus ponticus idem.

SCIVRVS niger. The black Squirrel; Ecureuil noir, *Catesb.* II. p. 73. vel totus niger, vel naſo, vel torque, vel extrema cauda albis.

SCIVRVS Virginianus cinereus major, *Raji* Syn. p. 215. The Gray Fox Squirrel, Le grand Ecureuil gris, *Catesb.* p. 74. auriculis brevioribus, cauda ampliſſima, digitis longiſſimis quinque in anticis, in poſticis pedibus quatuor.

SCIVRVS Striatus. The Ground Squirrel, Ecureuil de Terre, *Catesby* p. 75. Dimidio minor Sciuro vulgari Anglicano, diſtinctis digitis quinque in anterioribus pedibus, Carolinenſis et Virginianus: in dorſo linea lata nigra, ad latera utrinque linea lata flaveſcente, nigris lineis incluſa, an Sciurus Lyſteri apud *Rajum* Syn.?

SCIVRVS rariſſimus, ex nova Hiſpania, tæniis albis: Mas, *Sebæ* I. p. 76. t. 47. num. 2. Coloris obſcure murini; dorſum albicantes ſeptem percurrunt tæniæ, inde per caudam quoque longis diffuſiſque pilis conſpicuam extenſæ; harum albitudinem nigricantes pili interſiti variegant; os et inferna corporis facies cinerei eſt coloris. Auricularum ambitus glaber; cauda in quatuor fiſſa ramos terminatur, quod mirum. Fœmina ib. n. 3. cauda non ramoſa, longis hiſpida pilis; dorſum quinæ duntaxat tæniæ diſtinguunt.

SCIVRVS. SCIVRVS Americanus *Sebæ* p. 78. t. 48. n. 5. Capitis facie ab aliis ſe diſtinguit, roſtro obtuſiore; rutilus; ad latera et in ventre albicans. Præſertim notari vult autor ſingularia illa membra genitalia, quibus minutum adeo animalculum a natura donatum eſt.

SCIVRVS Epilepticus; cinereus Pruſſicus; **Grauwerk.** Noſtratim; interdiu continuo dormit; in requie turbatus, in epilepſiam haud raro incidit; communiter audit Mus avellanus, **Haſelmaus.** Mus avellanarum alter. Sorex *Plin.* The dormouſe or Sleeper. *Raji* Syn.

SCIVRVS Getulus Caji apud *Geſnerum.* The Barbary Squirrel, *Raji* Syn. an SCIVRVS ſtriatus *Catesbeji*?

SCIVRVS petauriſta, volans. Sciurus volans mas *Sebæ* p. 67. t. 41. n. 3: Dorſum ex ruffo gilvi eſt coloris, cauda dilute ruffa, ſubtus vero pili omnino rubicantes hærent. Anticis pedibus pollicem deficere ſcribit autor; verum quinti digiti vices ſuſtinet articulatio oſſea cum inſtrumento volatorio connexa, ut infra patebit. *Alius:* The flying Squirrel, Sciurus volans *Catesbeji* p. 76. et 77. ibi: on a depuis peu decouvert en Pologne cette Eſpece d' Ecureuil —— mons. Klein -- en a envoyé une deſcription exacte avec la figure à la Societé Royale; on la trouve dans les memoires philoſophiques No. 427. p. 32. Dabo per extractum ejus deſcriptionem: „Illi, quos habui, habitarunt in Sylvis Capitaneatus Kriezovienſis, diſtrictus Mohilovienſis, in confiniis Ruſſiæ; vocantur Könige der Grauwerke; Pellis molliſſima, pilis canis et ex nigro cinereis eleganter picta. Ingentes et extantes habet oculos, nigros, aſpectu pulcherrimos, aures parvas, dentes acutiſſimos quibus exquiſite mordet – Caudam, extra ſaltum conſtitutus, grato aſpectu tergo apprimit, Petauriſtam vero agens, demittit, hinc inde agitans – quod ad ejus inſtrumentum volatorium attinet: Cutis a lateribus inſtar veli ad palmam fere expandi poteſt, quod ipſum velum poſteriorum pedum genubus adhæret, cum anterioribus vero articulationi oſſeæ, ibi, ubi pollex eſſe ſolet, connectitur; ad extremitatem modo dictæ articulationis cutis quaſi plumoſa. Ubi quietus conſidet, aut greſſus naturales facit, articulatio hæc cum pedibus parallela diſtingui nequit; quam primum vero ſaltum facit, movetur illa et cum anteriore pede angulum quaſi rectum format, unde cutis expanditur, quamvis etiam validus paniculus carnoſus integram cutem permeans ſaltum fortiter ſecundet. Hinc colligo, animalculum hoc proprie non volare, ſed loca, quæ ſibi propoſuit, magis diſſita, facilius, ac reliqua animalia ſui generis, ſaltu at-

„tinge-

„tingere, ſaltuſque majores perficere poſſe, quod velis ſuis mediantibus „diutius in aëre morari valet.„ Vide pluribus *Catesb.* p. 77. SCIVRVS.

SCIVRVS Virginianus, petauriſta; *Sebæ* p. 72. t. 44. n. 3. Supina facies ex ruffo, prona ex dilute cinereo flaveſcit. Pedibus pendactylis, omnibus digitis diſtinctis, ut manus hominum; a capite ad cervicem membrana protenditur ſub gutture concreta, quæ ad anticos uſque pedes, inde ad poſticos exporrecta, tandem ad anum uſque, prope caudæ exortum, decurrit, externa parte brevi crine lanuginoſa. Cauda ſatis longa, longis pilis congeſtis. Ex hac deſcriptione patebit differentia inter hunc et præcedentem Sciurum (47).

(47) Confer. *Lev. Vincent.* Deſcr. Animal. 1726. p. 8. Cent. pr. num. 92. *Grew.* Muſ. Reg. p. 20, quem autor pro Fele volante *Scaligeri* Exerc. 217. §. 9. habet; *Lawſon* Hiſt. Prov. Carol. et alios. Plures SCIVROS vide in *Cat. Quadr. Petrop.* p. 345 ſeq.

SCIVRVS ex cinere rubicundus, lateribus ſtriatis, auribus brevioribus, cauda tæniis longitudinalibus varia pilis inæqualibus, inſtar denticulorum patagiorum fimbriata. The Barbarian Squirrel; *Edw.* 198. I. *Rowland.* Hiſt. of Fourfceted. Beaſts. Lond. 1650.

2. GLIS. Siebenſchläfer. *Ariſtoteles* præcipuam Gliribus a natura ingenitam eſſe proprietatem tradit, ut hyeme in cavis arborum dormiendo vehementer pingueſcant; ita enim ſomno capiuntur, ut igne vix revocari poſſint. *Nonius* quoque et *Iſidorus* Glirem a pinguedine nuncupatum volunt, cum gliſcere, creſcere et pingueſcere ſignificet, ut Etyma *Oppiani*, *Auſonii* et plurium rerum naturalium Indagatorum taceamus. Sic et *Martialis* de Glire: GLIS.

Tota mihi dormitur hyems, et pinguior illo
Tempore ſum; quo me nil niſi ſomnus alit.

Et *Nat. Com.* de Venatione:

- - - *Glires hyberno tempore ſomnus*
Semper habet, capiunt longam per membra quietem,
Et quoniam dapibus pingueſcunt cætera lautis,
Hyberno tantum pingueſcunt tempore Glires.

Præcipui Scriptores duas Glirium differentias habent; alium, qui in cavis arboribus ſtabulatur, alium Gliribus cognatum, qui ſaxa rupesque incolit, magnamque anni partem dormiendo conſumit, quem Glirem Murem appellant. Et *Ioann. Hugo* in tractu indico Glires magnitudine Nefrendis eſſe ſcribit.

GLIS

GLIS. Glis vulgaris *Aldrov.* Cujus iconem p. 409 commendat. Æſtivo tempore prout Marmotæ congrediuntur, et autumno fœtus ſuos edunt. Apud Romanos in lautitiis habebantur, unde glirariorum conſtructio; a menſe Octobri ad Ianuarium valde pingues ſunt; in India domos ſubruunt et muros perfodiunt. Conſtans autorum opinio, aliquid venenati habere, et quidem in cauda. Reor, Sciurum Virginienſem, qui per integram hyemem dormitans, nonniſi admoto calefactorio quodam evigilaverat, Glirem fuiſſe; cujus mentionem feci *Tranſ. Angl.* No. 427. p. 34 (48).

(48) Mus avellanarum major *Raji.* Sorex *Plin. Geſn.* The greater Dormouſe or Sleeper. Huc pertinet Mus Noricus vel Citillus *Geſneri.*

Glis Norvagicus. Mus ex Norvegia, cinereo fuſcus, roſtro quaſi ſuillo, capite longiuſculo, brevibus latisque auriculis, promiſſo myſtace; dorſo lato et incurvo, abdomine pendulo; digitis longis; pilus ex dilute cinereo fuſcus. *Seba* II. p. 64. t. 63. n. 5.

Glis Cricetus, *Geſn.* Hamſter. Vorax et admodum pingueſcens. In cavernis habitat non aliter ac Cuniculus, ſed anguſtis, in quos multa frumenti grana congerit; major Muſtela domeſtica. Pili in dorſo Leporini, in ventre nigri, in lateribus rutili, utrinque maculis albis tribus. Cauda palmam longa ſimiliter Leporini coloris. Animal iracundum et mordax, adeo, ut ſi eum Eques incaute perſequatur, proſilire ſoleat, et os Equi appetere, et ſi prehenderit, mordicus tenere; dentes habens in ima ſupremaque parte oris binos; uti Mures. Pluribus *Fabricius* apud *Geſnerum.*

Glis Marmota, Italis. Murmelthier. Mus Alpinus *Plin.* Magnitudo ejus inter Leporem et Cuniculum vulgarem; Fele corpulentior; cruribus brevioribus; figura muris, colore ut plurimum ruffo et fuſco; oculis magnis; auriculis quaſi decurtatis. Primores dentes ſupra infraque binos habet, uti Sciurus, longos acutosque; caudam pilis rarioribus; dorſum præpingue. *Hildanus* pinguedinis copiam obſervatu dignam putavit. Naſcitur in Alpibus. Plura apud autores. De vitæ genere moribusque vide ejusdem hiſtoriam brevem poſt prodromum Hiſtoriæ Avium.

Glis Marmota, Americanus; The Monax or Marmotte of America *Edwardi* Nat. Hiſt. of Birds II. 104. *Catesbeji* Append. p. XXVIII. Species Muris Alpini, cauda longiore; roſtrum coloris ex dilute cæruleo cinerei; oculis nigris exſtantibus, pilis ad naſum ſetoſis, longioribus; caput et truncus ex fuſco caſtaneus; unguibus longis lunatis, acutis; præter pollicem more Sciurorum brevem, quatuor digitis in pedibus anterioribus;

bus; in poſterioribus quinis: cauda mediæ longitudinis trunci, pilis nigro fuſcis tecta. Marglandia Americæ Septentrionalis. Addit *Edwardus:* „Dr. *Mitchel* a Phyſician of Virginia, now in London, has informed me, „this animal has much the Action of a Squirrel, and, when wild, has a „more buſhy Tail.„ GLIS.

GLIS Moſchiferus; odore Moſchi. Mus aquaticus, exoticus *Cluſ. Worm.* The Muſcovy or Musk Rat, *Raji.* Villis in tergo nigricantibus, in ventre ex albo cineraſcentibus, capite parvo; roſtri pars ſuperior prominula, unciam longa, qua inſtar Talpæ terram evertere poteſt; oculis exiguis; cauda 8 uncias longa, plana, lata, rariſſimis brevibusque pilis tecta. Digiti majores membranis connexi; ex Ruſſia advena.

Cauda tereti. I. MVS. **Maus.** Græcis Μυς. Muſculus *Plinio.* Mus domeſticus minor; **Maus, Mäuschen.** Mus major, Rattus, Ρισ-κος, novo nomine græco, **Ratze;** υϱαξ, quoniam roſtrum ſuillo ſimile habet, ab υς, ſus. Mus agreſtis, ſubterraneus, Campagnoli, *Italis;* quoniam pedibus terram fodiendo Cuniculos ſibi comparant, κεϱκος, agrarius. Mus Aquatilis. **Waſſer-Ratze;** cauda tereti, ſive longa ſive brevi pilis rarioribus. MVS.

MVS, Rattus; Mus ciſtrinarius; domeſticus et aquatilis (49); vix diſtinguendus; ambo domos et granaria frequentantes; cauda tereti longa. **Ratzen.**

(49) Aquatilis major eſt, ruſſoque colore, pedum digitis membranis intercedentibus quadantenus connexis, cauda breviore, dentibus primoribus longioribus: Piſciculos venatur.

MVS minor, Muſculus vulgaris, domeſticus, **Maus,** cauda tereti longa; **Mäuſe;** vulgares agrarii caudis brevioribus plerumque; hi coloribus differunt. Omnes ſatis noti; ut longa deſcriptione non indigeant. Dantur et toti albi, quales ipſe alui, reſectis dentibus primoribus (50). Mus agreſtis Virginianus albus apud *Sebam* p. 76. t. 47. n. 4 (51). Communis color, prout ſatis conſtat, cinereus, obſcurus ſeu fuſcus.

(50) Mus agreſtis capite grandi, roſtro brevi, obtuſo; cauda breviſſima, pilis crebrioribus non tamen denſis veſtita; crura perbrevia; varii coloris; - - Mus agreſtis major macrourus, *Geſneri.*

(51) Glis ſeu Mus Americanus, agreſtis, albus, avellanorum; tota alba et tenui longoque capite, roſtroque veluti ſuillo donata. *Seba* p. 50. t. 31. num. 7.

MVS Orientalis. *Sebæ* II. p. 22. t. 21. n. 2. Vivum habuit autor. Colore ruffo, lineis albicantibus, margaritarum æmulis, per dorſum diſtincto.

MVS. Mvs Scalopes. Mus ſylveſtris Americanus, Mas, Scalopes dictus; *Seba* p. 48. t. 31. n. 1. Teſticulis inſignibus craſſisque ſub cute abdominis latitantibus; roſtro fere ſuillo; pilis ſaturate ſpadiceis; pedes et cauda longa pilis carent. Fœmina ibid. n. 2. Huic ſimilis Mvs Africanus Kajopolin dictus, ibid. n. 3.

Mvs Americanus; per dorſum ex ruffo flaveſcens; albicantibus auriculis; plus ſolito retrorſum collocatis; ventre infimo, pedibus anticis omnino albis, cauda albicante. *Seba* II. p. 30. t. 29. n. 2.

Mvs ſylveſtris Americanus, fœmina; catulos ſuos ſupra dorſum ferens; pollicibus latis unguibus donatis, reliqui digiti quatuor minutis acutisque gaudent. *Seba* p. 49. t. 31. n. 5. *S. Merian* Inſ. Surinam. Similis huic, dorſi colore rubro, helvo in ventre, nec non cauda brevi, craſſa diverſus et quod digiti omnes quinque in parvos acutosque ungues deſinant; *Seba* ibid. n. 6.

Mvs Americanus, major, agreſtis, capite grandi, pullus; *Seba* p. 50. t. 31. n. 8. per dorſum ex ruffo luteus; cauda pedibusque ſubtus ex flavo albeſcentibus; capite lato, tumente, albicante, inſignes et glabras arrigens auriculas; barba prolixa.

Mvs Araneus, roſtro productiore. Spitzmaus. The Shrew, or Shrew-Mouſe, *Raji* Syn. 239; mixtis coloribus fuſco et ruffo; ventre albicante; pedes poſteriores plane in poſtrema parte corporis hærent. Totus graviter olet; caudæ breviſſimis pilis obſitæ longitudo 2″, trunci 3″. Dentes bini anteriores oblongi acuti, aliis binis aut ternis denticulis enaſcentibus, exaſperantur ſerræ inſtar; Mus venenoſus.

Mvs Araneus Indiæ Orientalis; *Seba* II. p. 9. t. 8. n. 3. *Ardoyno* Mugali p. 433. Mus Araneus Santis audit.

Mvs Lemingus, Norvagicus, *Olai Magni; Wormii* Mus. p. 322. et ſeparato libello: Hiſtoria animalis, quod in Norvagia quandoque e nubibus decidit, et ſata ac gramina celerrime depaſcitur, Hafniæ 1653. vide Hamb. Beyträge 1741. X Stück, ibidemque relationem de hoc animali Dn. *Linnæi*, qui hunc Murem pariter ac reliquos Mures, licet ſemiplene, ruminare ſtatuit. In eo *Wormium* ſequitur, qui in hiſtoria Muris p. 14: „Invenimus in faucibus ramenta quædam palearum, fœculento humore obducta, ut vel hinc colligere liceat, inter ruminantia locum habere hoc animal.„ Sed quid mirum, quod ramenta palearum in faucibus inventa fuerint, quum autor p. 15 ſcribit: „Interiora viſcera rimari non licuit, quia

„quia exenterati et exſiccati fuerunt, procul dubio paleis farcti, hi Mures „omnes, quotquot ad me pervenerunt.„ Vid. *diſcurſum noſtrum* de Ruminantibus nota ****. Leming, Leminger, Lemmus, Lemmer. Longitudine circiter unciarum quinque, pilo ſubtili, variis coloribus tincto; caput acuminatum, ad os pili multi, rigidi myſtacis inſtar. Os parvum, ſuperiore labro ſciſſo, ex quo eminent dentes duo magni inciſorii, acuti, incurvi; crura breviſſima, pedes piloſi, quinque acutis et incurvis unguibus armati (52). Reliqua apud autores. MVS.

(52) Corpus turgidulum, quaſi conicum, a poſterioribus conſideratum.

Mvs marſupialis; ſylveſtris, Braſileenſis. Philander, Opaſſum, Carigueja. Didelphis *Linn.* Beutel-Ratze. Aliis Vulpi-Glires hæc animalia audiunt. Tota facies et forma caudaque Ratti. Surinamæ Vulpis vices ſubit. Manicou *Feuillei* Obſ. ph. III. p. 206. Rictus quaſi Vulpinus. Pedes antici calvi et glabri, hominis manum referunt, ſecti in digitos quatuor unumque pollicem, brevibus et aliquantum acutis unguibus munitos. *Seba* p. 56. t. 36. n. 1 Mas, n. 2 Fœmina cum catulis ſaccum ventris intrantibus p. 57. Iunior cum ſacco aperto.

Mvs Tlaquatzin, ſeu Tai-Ibi Braſil. Caborro domato Luſit. i. e. Glis ſylveſtris. *Raj.* Syn. p. 185. Boſch-Ratte. Alius Speciei. Convenit quidem cum præcedenti, quoad pilos et colorem, qui tamen ei paulo ſaturatius ſpadiceus eſt. Ubera, ut in Ove, poſticos inter pedes repoſita, quatuor papillas emittunt; marſupio tamen pro recondendis catulis, quos quatuor ejicit, caret hæc ſpecies. *Seba* p. 57. t. 36. n. 4.

Mvs marſupialis. Philander Orientalis, major, cum catulis ſuis in ſacco ventris hærentibus, *Seba* p. 61. t. 38. n. 1. Fœmina Americanis Philandris, quam ſimillima, niſi quod pilis dorſalibus, aliquantum ſaturatius fuſcis veſtita et toto habitu procerior ſit illis.

Mvs marſupialis maximus, Orientalis, Fœmina. *Seba* p. 64. t. 39. Quando hæc, prout alia animalia, ſuos excluſere catulos, hos illico poſt partum cœcos adhuc et nudos ſuo immittunt marſupio, in commodum eorum ita comparato. Ut plurimum quini numero aut ſepteni uno partu catuli prodeunt; pro horum quolibet peculiaris papilla. Hic ſeptem pollet mamillis. Marſupium glabrum eſt et pilis expers. Cauda longa ſquamis rhomboideis tota tegitur. Quod reliquum eſt, autor refutavit *Franc. Valentinum* T. III. Animal. Amboin. p. 273, qui juxta generandi modum et membrum genitale fœmellæ in errore verſatus eſt.

TALPA. 2. TALPA. Maulwurf. Pedum anteriorum vola manum referens, ejusque digiti quinque non deorſum ſed ad latera ſpectant ad commodius fodiendum; Cauda brevis, teres, criſpula. Ungues habet robuſtos; pilum molliſſimum, brevem et denſum, roſtrum ſuillum, dentes Muris aranei dentibus fere ſimiles. Crura breviſſima; oculos vix conſpicuos, ſemine milii minores; auriculas nullas; humum fodiendo mira celeritate ſibi viam facit. In omnium ore et oculis eſt TALPA Vulgaris; diſſectam exhibuit *Schelhammerus* Ephem. Germ. An. II. Obſ. 130. A Mole, or Woldwarp or Want. Maulwurf, σπαλαξ. *Gallis* Taupe.

TALPA noſtras, nigra communiter. Nonnunquam albi coloris, cujus meminit *Rajus* Syn. apud *Wagnerum*, et alterius a *Petiverio* ſibi miſſi; nec apud nos alba rariſſima eſt. Talpa alba noſtras *Sebæ* p. 51. t. 32. n. 1. nigra Virginiana n. 3. Omnes pentadactyli. Talpa caudata, *Linn.*

TALPA rubra Americana *Sebæ* ib. n. 2. ex dilute cinereo rubri coloris; pedibus anomalis; anteriores enim in tres digitos fiſſi, poſteriores in quatuor; ſi recte picti.

TALPA Sibiricus verſicolor, Aſpalax dictus *Sebæ* ib. n. 4. 5. pedibus ſimilibus prout Talpa rubra; quæ anomalia inter quadrupedia ſui generis rariſſima. Prona et ſupina Talpa pilis in dorſo ex aureo viridique colore lucentibus. *Cat. quadr. Petrop.* p. 349.

TALPA maculata, Ooſt-Friſia *Sebæ* p. 68. t. 41. n. 4. Longitudine aliquantum Talpas vulgares ſuperans, albis et nigris maculis variegata, griſeo pilo intermiſto; pentadactyla. Talpa ecaudata, *Linn.*

VESPERTILIO. 3. VESPERTILIO. Fledermaus. A ſupina parte magis piloſus; cauda, ſi adeſt, tereti, inſtrumento volatorio involuta. Caput aſpectu quibusdam caninum, murinum aliis; auriculis interdum binis, quaternis interdum, quinta aliquando ſuper naſo per ſimulacrum luxuriante. Alæ ſunt pellitæ; in ſupremis alis rudimenta brachiorum, in plurimis diſtincta brachia digitis quinis alas permeantibus, ab exortu unco præditis. Pedes poſteriores in quinos digitos diſſecti, et unguibus acutis inſtructi, palmam in medio efformantes. Penis maris ſat magnus; mamillas habet fœmina et quidem pectorales, lacte nutrientes catulos. Culicibus, Muſcis et Araneis delectantur Veſpertiliones, ſed et lardum, candelas et alia pinguia arrodunt. Noctu volitant. Ex præmiſſis, ipſe judices, candide *Lector*, an Veſpertilio avis ſit an quadrupes. Solus volucrum, ut ait *Plinius*, animal tantum parit, et

VESPERTILIO.

et fœtus lacte uberibus admotos nutrit. A quam plurimis autoribus accenſentur avibus; ratio potiſſima, quod volitent. Non omnina volatilia ſunt aves; piſces vel Lacertos volantes, vel inſecta volatilia non dixeris aves. Rectius *Platoni* avis non avis eſt; et *Victorio* non abſone avis Sorex, i. e. Sorex volans audit; nec merito *Macrobius* L. 7. Saturn. c. 16. reprehenditur, quod quatuor pedibus ingredi et inter quadrupedes referendum velit Veſpertilionem. Recte *Linnæus*: „Manus pendactylæ „palmato-alatæ maximæ et palmæ pendactylæ fiſſæ, parvæ Faun. Suec.„. Græcis: Νυκτερὶς; Germ. Fleder-Maus; Fleder-Ratze; Speck-Maus.

VESPERTILIO major et minor, vulgares. *Jonſt.* de avib. Tab. 20. Veſpertilio caudatus, naſo oreque ſimplici *Linn.* The Bat or Flittermouſe, *Raj.* Mus alas motitans; male avibus a nonnullis accenſetur; ob alas et volatum *id.* p. 243. De numero dentium non conveniunt autores. Non plures una vice quam geminos parit fœtus, eosdemque amplexus ſecum fert. Vulgaris auriculis duplicibus, *Albin.* III. 95. num. 101. The double Earet Bat.

VESPERTILIO Americanus; capite globoſo; ore leporino; pedibus poſticis, quod notatu dignum, oſſibus nimirum tibiæ et fibulæ, ab articulo femoris ad talum uſque perfecte a ſe mutuo diſtinctis, abſque corpore intermedio, ſic, ut quodlibet horum oſſium peculiari ſuo tegumento piloſo, inveſtiatur. *Seba* p. 90. t. 45. n. 1.

VESPERTILIO Americanus vulgaris, longioribus auriculis, et e naſo erecta criſtula. *Seba* ibid. n. 2. Veſpertilio, roſtro appendice auriculæ forma donato. An Andira Guacu *Piſonis*? *Sloane* It. Jam. II. p. 330.

VESPERTILIO pullus Surinamenſis. *Sebæ* p. 90. t. 45. n. 3.

VESPERTILIO Rattus, Ternatanus. *Seba* p. 90. t. 46. n. 1. Duplicatæ auriculæ, prægrandes, naſuſque pariter geminus extuberans foliaceum quid referens, paradoxam admodum reddunt faciem. Frons dilute ruffa; ſubruffuli vero pili ſunt totum corpus veſtientes. Alarum ſuperficies ventrem ſpectans, glabra et nuda eſt, averſa vero nonnullis pilis hiſpida; Mas. Fœmina p. 91. n. 2. Ternatana; Mas arboris ramo inſidens *ib.* n. 3. auriculis ſimplicibus; ore quaſi fimbriato.

VESPERTILIO Cynocephalus, Ternatanus, fœmina. Pedibus longiſſimis, præcipue anticis, quorum protracti in longum digiti late expanſis alis inſerviunt; quintus digitus pollicem referens, acuto incurvoque ungue præditus, ab alis liber et ſemotus. Cauda caret. Ubera inſignia. *Seba* p. 91. t. 57. n. 1. Veſpertilio cauda nulla, *Linn.*

VESPERTILIO. VESPERTILIO Cynocephalus, maximus, auritus, ex nova Hiſpania; fœmina. *Seba* p. 92. t. 58. n. 1. Rariſſimus. Os amplum, prægrandibus dentibus munitum; cornu ſimile quid extremo naſo impoſitum. Reliqua apud autorem.

VESPERTILIO facie canina alis expanſis 3′ 9″ angl. ex Madagaſcar; dentibus horrendis; roſtro, dimidio capite auribusque nigris; cetera fuſcus. The great Bat, from Madagaſcar *Edw.* 180.

§. XXIII.

MVSTELA. III. MVSTELA. Wieſel. Γαλεη, γαλη pro Fele et pro Muſtela promiſcue ſumitur. Wieſel genericum nomen Germanis: Etymum Muſtelæ mittimus, quod de eo diverſa autorum ſententia; Conſuetum ſervamus nomen. Corporis figura animal gracile, longum, pedibus brevibus, cum facultate in foramina et anguſtos cuniculos ſeſe inſinuandi et irrependi; Capite quoque pro corporis ratione parvo, ſublongo; roſtro producto; plus minus longo vel brevi. Pedibus pendactylis; *Plinius* duas ſpecies conſtituit, alteram in domorum tectis erraticam, alteram in agris et nemoribus verſantem; alii vulgarem vel urbanam, et ruſticam ac ſylvaticam dixerunt; illam muribus et gallinaceis fatalem; hanc pariter carnivoram arbores frequentantem et in aggeribus domicilium habentem. *Wottonus* Muſtelas et Felem uno capite complectitur.

MVSTELA vulgaris; Donnula *Santis Ardoyni de Ven.* p. 430. Haus- Speicher-Wieſel. Dorſo et lateribus rutilis. The Weaſell or Weeſel; gutture et ventre albo; myſtace ſetoſa. *Raji* Syn. brevibus auriculis et latis, ſubrotundis, ima parte duplicatura geminatis; Alia vulgaris: tota alba, in Pruſſia, ſic recte *G. Agricola* inter vulgares, aliquando totam candidam numerat, ſed rarius. Smolandis Wesla, *Linn.* notandum: apud nos non eſt caudæ apice nigro, Muſtela alba ſylveſtris. Mores hujus animalis, ex literis Patruelis *Georg. Clem. Klein*, Seewaldia 1724: „Mitto „Muſtelam recenter natam, cujus Genitores per biennium ædes meas, hor„reumque a muribus purgarunt. Mater anno ſuperiori in ſylva, dimidi„um lapidem a domo mea ſita, jam vero in horreo ſub acervo ſtraminis „ſuos enixa eſt pullos; fuit autem ſemper gallinis funeſta, et nuperrime „in tugurio gallinarum 16 pullos elevatos necavit, novemque ſecum ex„portavit. Cuilibet ſimplex infligit vulnus in capite, hinc raro unus „vel alter ad ſummum mane vivus reperitur. Expoſitis vivis et fibulan„tibus catulis facile genitores ex horreo evocare et ſclopo necare po-

„tuiſſem,

„tuiſſem, ſed deſtiti a propoſito, quoniam mures perſequendo omnes „feles ululaſque ſuperant, gliſcentes in omnes latebras murium, quos mi„ra facilitate extrahunt, ipſos Rattos pari fortitudine necantes. Paſſeres „fruſtra nidulantur, ovaque excludunt in locis, quibus Muſtelæ ſunt fa„miliares. Halitum Muſtelarum venenoſum, hominibusque et brutis fa„talem eſſe, fabulam ſapit; Nidus nec non catuli extra nidum poſiti pu„tridum odorem ceparum ſpirant. Errat *Plinius*, quod quotidie nidum „mutare Muſtelas perhibeat.„ Cranium dentesque Muſtelæ vid. apud *Aldrov.* p. 311. (53). MVSTELA.

Mus avidus mintrat, velox muſtelaque dintrit.

(53) Confer idem de victu Muſtelarum p. 313.

MVSTELA Armellina; Muſtela alba; extrema cauda nigra. Hermelin, Muſtela candida in extrema cauda nigricans; *Aldrov.* p. 311. Ermineum animal candidum figuræ Muſtelarum et in extremitate caudæ nigerrimum, *Alberti.* Ermineum recentiorum. The Ermine or Stoat *Raji.* Septentrionalium regionum; Ex Ruſſia inprimis advenæ; *Olaus M.* Lanzeruccam, Scandanaviæ ſylvam, cujus longitudo ad octuaginta milliaria, Muſtelis albis redundare ſcripſit. Muſtela Regalis; pallii Magnatum; Muſtela candida ſ. animal Ermineum recentiorum, *Raji.* Ejus longe præſtantior pellis, præ pelle albæ vulgaris; unguibus albis.

MVSTELA Viverra dicta. Ικτις. Fret; Ferret; Fret, ubique. Furrunculus; qua in cuniculorum venatione utimur; auriculis magnis, patulis, brevibus tamen; roſtro acuto; oculis rubicundis; ex ſubflavo albicans; anterioribus paulo major. Dimittenda in foramina vel latebras cuniculorum, labia ipſi conſuuntur, ne animalcula dilaniet, quæ unguibus ſcalpendo exire cogit; capite depreſſo, prout omnes Muſtelæ. Africæ dicitur incola, ad nos translata *Raji. Willughb.* Cicura et fœcunda, in Anglia et Hollandia, ubi Cuniculorum cultura. An, VIVERRA Indica ex gryſeo rufeſcens, MVNGO Luſitanis; MVHGATHIA Zeylanenſibus, *Muſ. Leyd. Catal.?* an, VIVERRA Indica, Quil et Quirpele dicta *Garc. ab Horto; Raji.*

MVSTELA fœtida. Putorius. Iltis. Teufels Kind. The Polecat or Fitches. A ſummo roſtro ad extremam caudam 22″, cauda 6½″. Pellis duplici pilorum ordine conſtat; alii breviores flavitie, alii longiores nigredine ſe diſtinguunt; ore toto albo, ultra angulos cingulum in principio et medio capitis fulveſcens, guttur, pedes, cauda nigriores ſunt; ungues in ima parte albi, in ſumma nigri; liquor folliculi, qualem omnes Muſtelæ habent ad anum, peſſime fœtet; Gallinas, Columbas omnesque aves domeſticas et ova rapit.

MVSTE-

MVSTELA. MVSTELA Martes. Marter. A Martin or Martlet. Pellis nobilior pelle putorii; in primis abietum martis, Baum-Marter; non niſi ſylvas frequentans; Martes Saxorum non fagorum ſeu domeſticus, Stein-Marter. Jener gehet zu Holz, dieſer treibet bey Höfen herum. Hic magis fuſcus, gutture albo perque rura vagatur. Ille, abietum, rariſſime ſylvas deſerit, proprieque MARTES appellatur, pilo clariore tactuque molliore, gutture luteo; cujus pellis triplo vel quadruplo pluris vænit, et bonitate proxime accedit ad MVSTELAM ZIBELLINAM, quæ præſtantiſſima eſt. Dentes habet candiſſimos inæquales, et aſperos, inter quos canini in utraque mandibula eminent.

MVSTELA Zibellina. The Sable. Zobel. Sobel. Ruſſica, Sibirica. Martes Scythica. Mus Sarmaticus, Mus Scythicus perperam. Paulo minor Marte. Pili hujus pretioſiſſimæ Muſtelæ, etiamſi manibus fricentur, ſemper æquales remanent, quod non conſtat in ceteris muſtelis; anterior pars capitis et auriculæ ex albido cinereæ; dentes albiſſimi, uti in Marte.

MVSTELA Americana fœtida. Putorius Americanus ſtriatus, *Catesb.* II. p. 62. Roſtro longiore, nec non cauda; niger, tæniis albis quinque a cervice in caudam uſque decurrentibus. Conferatur *Fevillée* Obſerv. T. I. p. 272. de animali appellé Chinche, d'une odeur inſupportable; avec deux bandes blanches, prenant leur origine ſur la tete, paſſent au deſſus des oreilles – .

MVSTELA Javanica, Koger Angan dicta. Viverræ ſpecies, cujus loco a venatoribus uſurpatur ad obſidendum antra cuniculorum; caput tegunt pili obſcure ſpadicei; ruffi qui dorſum, dilute vero flavi qui ventrem veſtiunt, cauda in apicem acutum nigricantem deſinente. *Seba* p. 78. t. 48. n. 4.

MVSTELA Ægyptiaca. Ichneumon i. e. inveſtigator. Mus Pharaonis; Mus Ægypti; Damùla, Donola, Muſtela Ægypti peculiaris. Lutra Ægypti. *Pullonius* corporatura Felis longiorem conſtituit, eique pilos duplicis coloris, nempe albicantes et ſubflavos per intervalla et leucophæos, nec non duros inſtar pili lupini tribuit; roſtrum nigrum et inſtar rictus Furonis in genere Muſtelarum; auriculas breves, et rotundas, cruraque nigra. Cauda longa eſt et craſſa, potiſſimum prope lumbos; teſtes, lingua et dentes Felis ſunt. Valde mundum animal, exiguum et agile; Canem et Catum ſtrangulans. Aves inprimis appetit, et præ ceteris gallinas et pullos. Depopulator Serpentium; quam ob rem ut Feles noſtri educantur mures Pharaonis, et Alexandriam venales comportantur.

MVSTE-

MVSTELA.

Mvstela Ceilonica. Ichneumon ſeu Vulpecula Ceilonica, *Seba* p. 66. t. 41. n. 1. Belgis Ceilonſch Kwasje; Alkaſis priſcis; Suillum aliis; quod omnia perveſtiget, terramque fodiat. Inferna roſtri pars multo quam ſuperna brevior, utrinque acutis dentibus armata. Caput Muſtelæ capiti ſimile. Collo longo, auriculis curtis, prægrandibus vividisque oculis; pilis luteis, ſature ruſſis et griſeis. Pedes curti quinque craſſis præmuniuntur unguibus; indomabilis ejus feritas et immunditiès.

Mvstelas Dauricas, cauda carentes vid. in *Catal. Quadr. Petropol.* p. 343.

Mvstela nigra, cauda alba. Ibid. p. 344.

§. XXIV.

ACANTHION.

IV. ACANTHION. Stachel=Thier. Ita *Galenus* Echinum terreſtrem vocat L. I. de comp. med. ſec. loc. cap. 1, cum in eodem medicamento Echini etiam marini aſſumantur; et apud *Theophraſtum* ακανθος non ſolum arborem ſpinoſam, ſed etiam Echinum animal ſignificat. Hinc ακανθοχοιρος Echinus terreſtris, Porcus ſpinis horrens *Suidæ* audit. Quidam hoc nomen ſoli Hyſtrici competere volunt, ſed non intelligo, quare? Imo propter dorſum ſpinoſum ακανθονωθος *Heſychio* appellatur. Herinaceus, Echinus, Hyſtrix, nomina cognata ſunt; prout Gallis Heriſſon, Italis Riccio, Hiſpanis Erizo. Germanis Ygel. Schwein=Ygel; Stachelſchwein. Sic *Oppianus* L. 2. de venat. duplices cecinit Echinos, majorem et minorem:

- - Minor aut nullo, aut non magno robore pollet,
Arrectis horrens brevibus per corpora ſpinis;
Major magna gerit truculento ſpicula dorſo,
Et pugnas acres audaci pectore miſcet.

Et *Ælianus* et *Plinius* Hyſtricem quoque herinaceorum generi adſcribunt. Non video, quare duas herinacei ſpecies minoris terreſtris condiderunt autores, ſuillam ſcil. et caninam; quod alii in locis ſylvoſis, alii circa domos oberrent. Nimis ſubtilis diſtinctio quoque eſt a ſpinis paulo longioribus vel brevioribus deſumpta; quam diſtinctionem quidem inter Echinum et Hyſtricem lubenter admittimus. Non deerit tamen nobis Acanthion caninum. Interim forma Herinacei omnibus notiſſima eſt, multis quoque Hyſtricis forma. Sufficiat Acanthionem pilis in ſpinas degenerantibus aculeos pilorum loco habere. De Herinaceo *Hermolaus:* magnitudine Cuniculi eſſe, aculeis vallatum præterquam in ore, et pedibus parte

 inſe-

ACAN-THION. inferiori, quam rara tantum lanugo operit; Hyſtrix abundat pilis, ſed longioribus a natura armata aculeis.

Acanthion vulgaris, noſtras. Herinaceus; Echinus; The Urchin or Hedgehog. Ygel. Schwein-Ygel, cujus optimam deſcriptionem vid. apud *Sebam* I. p. 78. pronum et ſupinum t. 49. n. 1. 2. pedibus quinquefidis vel pendactylis. Vid. figuram Acad. Pariſ. Erinaceus auriculatus terreſtris, *Linn.*

Acanthion Echinatus; Erinaceus Americanus, albus; Surinamenſis; cum noſtratibus qua maximam partem convenit; ventrem ſetaceus obſidet pilus; oculorum ſuperiora breves, obſcure fuſci pili veſtiunt; latera vero retrorſum longi, nigricantes. Auris externæ, uti in noſtratibus, nulla veſtigia; foramen duntaxat ſonum intromittens patet. Capitis antica pars, venter et pedes albicant (54). Dorſi pennæ ex cinereo dilute flaveſcunt; roſtrum, prout reliquorum Echinorum, quotquot vidi, ſuilli quadantenus æmulum; crura pedesque curti, pendactyli, longis, acutis incurviſque unguibus; cauda brevis raro piloſa. *Seba* ibid. num. 3.

(54) An Chat epineux, du *des Marchais* III. p. 303. De Erinaceo et Hyſtrice vid. Dn. *Perrault* de l' Acad. Roy. Conf. *Prodr. Hiſt. Quadrupp.* p. 18. nota nn.

Acanthion Echinatus. Echinus Sibiricus; parvis auriculis donatus; coloris obſcure ruffi; pennarum vero apices auro quaſi obducti Mas et Fœmina. *Seba* p. 79. t. 49. n. 4. 5.

Acanthion aculeis longiſſimis. Hyſtrix genuina, Porcus aculeatus Malaccenſis, *Seba* p. 81. t. 51. cum catulis ſuis. Stachelſchwein; auribus pendulis; Iavæ, Sumatræ, potiſſimum Malaccæ incola; cujus e felle generatur pretioſiſſimus lapis medicatus; lapides vid. tab. ead. Tota corporis pars ſupina longis, rectis et inſtar ſubularum aculeatis horret pennis, variæ longitudinis, partim ex albo et nigro, partim ex albo et ſubruffo variegatæ. Horum interſtitia exigua replent pili, tenues, longi, ſetarum ſimiles. Caput oblongum, brevi pilo hiſpidum, nudas fere et pendulas habet auriculas roſtrumque ſuilli æmulum, oculos grandes lucidos; pilus ventrem, femora et pedes tegens ruffus, brevis, aculeatus, tenuis et denſe compoſitus. Pedes pendactyli. Ore utrinque dentato.

Acanthion criſtatus. Hyſtrix Orientalis criſtata *Seba* p. 79. tab. 50. Nonnullæ ejus in India varietates. Hæc Iavenſis Hyſtrix, The Porcupine *Raj.* Syn. p. 206. Spinoſa Italis; ut retulerunt Ornithopoli *Rajo*, in montibus Romæ vicinis, ſit fides autoribus, capta. *Seba* anticos pedes anomalos quatuor munire ungues ſcribit, in poſticis ternos; ſed forte quintus

tus vel digitus vel pollex ungue caret; cum *Rajus* p. 207 de poſterioribus hæc habeat: „Crura brevia ſunt. *Seba* curta cum pedibus crura, digiti in „pedibus poſterioribus 5 manifeſti; unguibus non admodum acutis, et „ſuperficie inferiore ad apices concavis. In anterioribus 4 tantum habet „digitos cum ſuis unguibus, e quibus extimus maximus eſt et pollicem „æmulatur, ut in Urſo.„ Fuit exanterata, quam deſcripſit *Rajus*. Elegantem in capite præ ſe fert criſtam, e magnis parvisque pennis conflatam in faſtigio recurvatis, retrorſum in plures apices diſtinctis. Caput breve et craſſiuſculum, obtuſo roſtro; magnis lucidisque oculis; maxillæ ſuperiori dentes nulli ſunt, at lati et grandes inferiori; auriculis non pendulis, ſed capiti appreſſis, prout in Simiis; ita *Seba*. Sed *Rajus* de dentibus: „In extremo utriusque maxillæ binos habet dentes prælongos, validos, in„trorſum incurvatos, oblique ſciſſis et forficum more ad incidendum apta„tis non planis extremitatibus concurrentes; molares in utraque maxilla „octo.„ Cauda apparet nulla *Seba;* Secundum *Rajum:* Cauda plus palmum longa, ſpinis horrida, quarum plures habent ordines annulares. In extrema cauda ſpinarum loco 10 aut 12 habet tubulos, magnitudine ſpinarum, ſed dimidio plus breviores, tenui pediculo nixos, in ſummo apertos, tenues et prope tranſparentes. Vid. figuram apud *Acad. Pariſienſis.* ACANTHION.

ACANTHION cauda prælonga, acutis pilis horrida, in exitu quaſi paniculata. Porcus aculeatus ſylveſtris, ſeu Hyſtrix Orientalis ſingularis, *Sebæ* I. p. 84. t. 52. Rara fera, nec multum hactenus cognita; cujus calculus fellis haud minoris æſtimatur, quam verus Malaccenſis. Corpus utrinque quaſi coactum, ad extremos uſque pedes aculeatis hiſpidum pilis, duris, rigidis. Labium ſuperius Leporini inſtar fiſſum; quatuor dentes canini ſupra et infra conſpiciuntur; reliqua maxillarum pars molaribus ſcatet. In quinque digitos fiſſi pedes manifeſto. Poſtici longiores Urſinorum ſimiles. Cauda mirabilis, elegantiſſime ex pilis veluti articulatis conflata; dum tenuis primo cernitur pilus, quem alius excipit longior, craſſior, oryzæ ſemina ſuis adhuc thecis involuta referens; horum ſinguli non unius ſunt longitudinis nec craſſitiei, et adunati faſciculum formant, qui pellucens ſplendorem quaſi ab argento intus contento evibrat. Aculei in ſupina corporis parte tonum emittunt pro vario, quo lucis radii incidunt modo verſicolorem. Vid. *autorem*, et allegatum *Bontium* (55).

(55) De fera aculeata Cuandu *Marcgr.* Ourico Cachiero, Luſit. Eca Eyſere Vercken, Batavis; an Tlaquatzin *Hernandeſii ?* Vid. *Marcgrav.* p. 233. et *Raj.* Syn. p. 208 ſqq.

§. XXV.

CANIS. V. CANIS. Hund. Κυων, hodie Σκιλος. A Dog. Hund. Caninum genus ſummum conſtitui, eodemque comprehendi ſolent Canes domeſtici et familiares nobis, atque Canes feri, qui propria nomina habent Luporum, Vulpium et cognatorum. De ſingulis diſponamus ſeparatim, ut ordine ſibi ſuccedant.

Canes, proprie dicti, capita habent vel producta vel coacta, roſtris variis; dentes in utraque mandibula ſex inciſorios; duos exertos caninos; molares in utroque latere mandibularum ſex, quorum ſumma producit dentes 40. In Europa multæ ſpecies et varietates: Villaticus domeſticus, οικεροι variæ formæ et magnitudinis, Haus-Bauer-Hund, Bauer-Reckel; Moloſſus, Bellicoſus; Bären-Hund, Engliſche Dog; Sagax, Jagt-Hund, Spür-Hund; Aviarius, Hüner-Hund; Aquaticus, Pudel-Hund, Waſſer-Hund; Vertagus, Wind-Hund; Taxinus, Tax-Hund, Fuchs-Hund. Islandicus, Schäfer-Hund. Sanguinarius, Schweiß-Hund; Melitæus, Schooß-Hund; plures et inutiles, temere latrantes, et tantum in cibariis vorandis occupati; inter ſe inſtitutione, officiis, magnitudine, forma, pilo, voce, moribus diverſi.

Cauda blandus et ore minax; et naribus acer,
Fidus heri cuſtos excubitorque Canis.

Pedes anteriores in quinque, poſteriores in quatuor digitos diſtincti. Indicorum nominabo nonnullos:

Canis Mexicanus; monſtroſo corporis habitu: Capite parvo, collo breviſſimo et obeſo; roſtro gibbo; dorſo quoque gibboſo, ſubito ad pectus acclivi; cauda brevi; ventre pinguiſſimo, unguibus valde acutis; Canis domeſticus. De Canibus autem Americanis *Ioſ. a Coſta* lib. IV. c. 33: In initio India Canes nullos noverat præter genus quoddam pumilum, quod patria voce Alco nominabant; Iam propter ſimilitudinem Canes ab ipſis Hiſpanis illati grandiores hoc nomen quoque obtinent. Pumilos hos Canes Indi tantopere amant, ut ſibi demant illis, quod objiciant; peregrinantes eosdem aut dorſo aut ſinu receptos ſecum ferunt.

Canis Africanus; in Guineæ regno Canes a noſtris multum diſcrepantes reperiuntur, qui nec latrant, nec mordent; a populo magna copia aluntur, et in forum venales aguntur; latrantes Canes noſtros Nigritæ loqui poſſe exiſtimarunt. So können auch die Grönländſche Hunde nicht bellen, ſondern nur knurren und heulen; Anderſon, Island p. 173. Ad

Caput

Caput Bonæ Spei præter Canes ex Europa ibidem advenas, indigenæ ſunt, quibus et Hottentotti et Europæi tam ad venationem, quam ad obſervanda pecora ſua utuntur. Sunt capite parvo, roſtro peracuto, pilis plerumque cinereis, raro duos pedes altitudine ſuperantes, longitudine $2\frac{1}{3}'$, auribus erectis, cætera ſimilia noſtratium; fidelitate nemini ſecundi. Mebbiæ dicti ſylveſtres ſunt, nunquam homini fatales; de quibus *Anton. Zuchelli* itin. æthiop. p. 293; quod ſolummodo beſtias quascunque ex naturali inſtinctu venentur. A Lupis multum diverſi; ubi in ſylvis vagantur, tuto peregrinari licet; non quidem ſoli, ſed gregatim numero 30 vel 40 concurrentes, et Leones et Tygrides fugantes. De iis videatur *Kolbius* Cap. Bonæ Spei pluribus (56). CANIS.

(56) Quod *Pererius* c. 170 narrat: Apud Lappones animal terreſtre corporis magnitudine figuraque non diſſimile Cani eſſe, quod certo tempore ipſum mare vehementer appetat et frequentet, in quo itidem natans et ſeſe mergens particulatim et membratim piſcis fieri incipiat, huic recenſioni fidem ferat Ind. App. De Canibus ſtupendæ magnitudinis in provincia Tebeth vel Tibet Tartariæ magnæ vid. Samml. aller Reiſeb. B. VII. p. 450: Das Land bringt Hunde hervor, die ſo groß, als Eſel, ſind, und wilde Thiere fangen, ſonderlich Ochſen.

Canis Americanus ſylveſtris, cauda lōngiſſima, *Sebæ* p. 47. t. 30. n. 1; ex promontorio de Tiburon e regione Inſulæ Martiniko ſito. Caput caninum, pauliſper oblongum; aures arrectæ parvæ; oculi prægrandes, barba promiſſa; rictus amplus; magnis acutisque dentibus armatus; Pedes paulo longiores, quam Felium in quinos fiſſi ſunt digitos, longos craſſis incurvisque unguibus; pilus dilute ruffus, dilutior ad caput, pedes et caudam.

Canis capite valde contracto, Cani Septentrionali æmulus; cauda qualis Cani vulgari. Tamandua Mexicana Yzquiepatl, ſeu Vulpecula dicta; *Seba* p. 66. t. 40. n. 2; nec Tamandua nec Vulpecula; vid. autorem; nec Yzquiepatl *Hernandeſii* ſecundum deſcriptionem.

§. XXVI.

VI. LVPVS. Wolf. Λυκος, λυκεινα, Lupa. Der Wolf; Lupus Canini generis maximum et ferociſſimum animal; hinc Lupi Græcis: νυκτερενοι κυνες, nocturni Canes. Pedibus dentibusque cum Cane adeo conveniunt, ut nonniſi aſpectu capitis, oculorum torvitate, rictu truce, pilo, caudaque craſſa, multum piloſa differrent. Tantum abeſt, ut, autore *Ariſtotele*, collum unico et perpetuo oſſe rigeret; unde proverbium: Er hat ſolch einen ſteifen Hals, wie ein Wolf. Voce quoque a Cane differt; hic latrat, Lupus ululat. Colore ſunt inter ſe diverſi. In Anglia Lupi nulli; vid. *Prodr. Hiſt. Quadr.* p. 17. not. gg. LVPVS.

LVPVS. LVPVS vulgaris; apud nos et in tota Septentrione fera eſt notiſſima; griſei coloris; in montibus Sueciam et Norvegiam ſeparantibus, teſte *Olao Magno* ſunt albicantes; de atri coloris Lupis, quos ait *P. Jovius* in ea parte Moſcoviæ, qua itur Pruſſiam, vagari, præter illum autorem neminem legi; ſed offendo nigrum Lupum in Catal. farctorum animalium in Theſauris Regiis Dresdenſibus. *Oppinianus* canibus magnis paſtoralibus Lupos aſſimilat. Pedes anteriores et poſteriores numero digitorum prout in Canibus. Canis cauda incurva, *Linn.*

LVPVS aureus, χρυσεος, Aſiaticus; Lupus pumilio; animal furax, pereleganti colore flavo. Vulpibus, ſecundum *Busbequium*, majores hi Lupi, vulgaribus minores; prope Nicæam Turcarum tentoria et domos nocturno tempore ſubibant, in quibus quicquid inveniebant eſculenti devorabant, calceos quoque, cingula enſium et vaginas rodebant. The Jackcall, *Raj.* Syn. Squilachi Græcis modernis. Catervatim incedit; interdum per Ciliciam ducenti ſimul conveniunt; conf. *Belon.* ſing. Obſ. 2. c. 108. Canis lupus aureus dictus. *Kæmpf.*

LVPVS marinus, *Geſneri*, *Belon. Aldrov.* aliorum. Secundum *Belon.* animal amphibium eſt; caput habet enorme (57), oculos permultis pilis obumbratos, naribus et dentibus caninis, pelle villis erectis hiſpida, maculis nigris diſtincta, cauda oblonga, craſſa, villoſa, in ceteris lupum repræſentans; humeris altis.

(57) Secundum *Anderſonium* Nachrichten von Jsland p. 172: Jſt der Spitzbergiſche Wolf von kleinem und ſpitzigen Kopfe, der Leib länglicht, mit dicken, ſtarren langen Haaren, die faulweiß und etwas graulicht, der Schwanz kurz, die Beine faſt ohne Gelenke, und die Klauen lang und ſteif; an diverſus a marino, terreſtris? an marinus? Lupum cum Cane coire experientia docet; non contra, quod canis cum lupa coëat; ſemel in anno (in den Zwölften) lupi habent ſua tempora aphrodiſiaca, tunc catervatim conveniunt, ſie laufen wie die Hunde, inveſtigantes nec deſerentes fœminas; Canes vero tum temporis Luporum conſortium appetere, veriſimile non audit.

LVPVS Americanus. *Catesb.* App. p. XXVI. Les Loups d' Amerique ont la forme et la couleur de ceux d' Europe; mais ils ſont un peu plus petits -- Anciennement les loups étoient les Animaux domeſtiques des Indiens, qui n'avoient point d' autres chiens, avant qu'on leur en a menât d' Europe; depuis ce temps la les races des loups et des chiens d' Europe ſe ſont mesles, et ſont devenues prolifiques --. Les Loups de la Caroline ſont en tres grand nombre, et plus malfaiſans qu'aucun autre animal. Ils s' atroupent dans la nuit, et vont chaſſer le Daim comme des chiens en pouſſant les hurlemens les plus affreux. Lupus Mexicanus *Jo. Fabri* p. 479.

§. XXVII.

§. XXVII.

VII. VVLPES. Fuchs. Αλωπεξ, Fuchs. Vulpes quaſi volupes, volipes. A Fox, vox Canum latratui ſimilis, cui affinis eſt; a quo pilis longis, denſis, mollibus, caudaque villoſa in primis differt, nec non odore vel vehementi et minus grato, vel peculiari; convenit et partibus internis in omnibus fere cum cane. Cryptas vulgaris Vulpes ſibi fabricat, multos habentes exitus inter ſe procul diſtantes. Calliditate reliquas feras antecellere dicitur. VVLPES.

VVLPES vulgaris; de quo laconica breviloquentia ſufficit, cum ſit notisſimum animal. Magnitudine inter ſe, diverſis in locis, differunt; varietates plures et caritate et raritate, qua pilos et colores. Communis coloris eſt ruffeſcentis, interſperſis pilis raris cinereis in dorſo et lateribus in primis, in inferna corporis parte albis quam plurimis. Sunt porro candidæ, ſuper dorſum crucigeræ, Kreuz-Füchſe, rariores; nigræ et cæruleſcentes cariſſimæ. Suo tempore *Liber Baro Sigiſmundus* ſcripſit, in Ruſſia pelles nigras vulpinas pro conficiendis teguminibus capitis, nonnunquam quindecim aureis venundari (58). Candidæ copiam pilorum habent, ſed pili præ reliquis caſum patiuntur, quod minus cutibus adhærent. In crucigera ab ore per caput, tergum et caudam recta nigri coloris linea protrahitur; deinde alia transverſa per armos ducitur; nigriore gutture. In communibus Vulpibus, guttura alba. Canis cauda recta extremitate nigra, *Gmel.* Vulpes campeſtris, *Linn.* Canis cauda recta extremitate alba, *Gmel.* Vulpes vulgaris, *Linn.*

(58) Die Füchſe in Grönland zu Spitzbergen ſind blaugrau, weiß und ſchwarz, auch ſchwarzbraun, aubey gröber und zottiger am Leibe, als in warmen Ländern. *Anderſon* Nachr. von Island p. 172. *Martenſius* vidit zu Spitzbergen vulpem capite nigro, trunco albo.

VVLPES cinereus Americanus *Catesb.* II. p. 78. The gray Fox, Reenard gris. Ces Renards ſont entierement d'un gris argenté, et different tres peu de ceux d' Europe, ils n'habitent pas dans des trous ſous terre, mais dans les trous des arbres.

§. XXVIII.

VIII. COATI. Halb-Fuchs. VVLPI AFFINIS; roſtri capitisque figura plerumque et dentium figura ac numero, ſimiliter odore vel vehementi, vel peculiari cum Vulpe conveniens; cauda communiter pilis annulatim variegata. COATI.

COATI. COATI Braſilienſium, *Margr.* (59). Ex cujus deſcriptione accipe ſequentia: COATI Braſilienſibus eſt Vulpes, magnitudine Felis, cruribus brevibus et manibus Cercopithecorum -- pedes poſteriores majores prioribus, in ſingulis pedibus digitos habet quinque, acutis unguibus; Caput acuminatum vulpinum, aures breves, ſubrotundas, ut Felis oris partem inferiorem breviorem ſuperiore habet, promuſcidem longam, acuminatam, naresque amplas, quaſi fiſſuras; oculos nigros. Pili totius corporis obſcuræ ochræ coloris, caudam habet longiorem toto corpore, quam erectam geſtat et incurvatam, cujus pili annulatim variegati, cum umbra et ochra; --Reliqua apud autorem; *Wormium* Muſ. p. 319. ubi egregia figura; *Joan. de Laet. Rajum*, plures. Rattoon, Rackoon, *Angl.*

(59) Animal quod habuit *Wormius* ferme cum data deſcriptione convenit, diſcrepat tamen in quibusdam. Color pilorum magis ad cinereum, quam Ochram inclinat, niſi quibusdam in locis, ubi nigricat, ut circa oculos et pedum extremitates. Cauda longitudinem ipſius corporis non attingit, craſſior et latior aliquantum ea parte, qua clunes attingit, annulis quaſi quibusdam nigris cincta, pedibus anterioribus utitur in rebus apprehendendis et divellendis. Vulpi affinis Americana, The Raccoon; *Catesby* app. p. XXIX. Il y en a un grand nombre en Virginie, en Caroline, et dans toutes les parties Septentrionales d' Amerique —.

COATI-MONDI, *Marcgr.* Animal a Pariſienſibus Tom. III. deſcriptum. Longum a ſummo roſtro ad extremam caudam $35\frac{1}{2}''$. A ſummis humeris ad imos pedes 10″. Roſtrum longum, ut porcinum mobile, facile ſurſum elevandum. Plantæ pedum urſinis ſimiles, præterquam quod pilis nudæ eſſent, quibus urſinorum calcaneum tegitur --- Pili breves admodum, aſperi et nodoſi in dorſo nigricant, et alicubi in capite, in roſtro et pedibus; in reliquo corpore e rubro et nigro mixti. Cauda pilorum nigrorum et ex albo et nigro mixtorum annulis internis integebatur. Dentes ut in COATI ſimpliciter. Pleniorem deſcriptionem vid. alleg. loco (60).

(60) Diu vivum habui animal, tandem anno 1723. Matronæ Dnæ a Roſen dono dedi; de quo Patruelis *G. C. Klein:* „At vero, qui animo impetrare potuiſti, nunquam ad „ſatietatem miræ naturæ opera demiranti, quando ad nos Sarmatas tranſire permi- „ſiſti braſilienſe animal? Si putas ibidem vivere et mori, ubi adamatur maxime, „non alius eſt locus pro ipſo in orbe, quam Seewaldia, cujus Domina ſi apud „ſe et cogniti et non cogniti Orbis animantia congregare poſſet, tum demum vivere „putaret.„ Mira mihi præſcribebat, ut caverem in adeundo, quaſi nunquam vidiſſem; ego vero incautus plane ad ipſum eo, manibus in amplexus attollo, et in adſtanti Canum hominumque copia humero fero, innoxiuſque in humum repono, quod pro miraculo reputant. Ita natura mirabilis eſt in operibus ſuis, quam ad riſum uſque imitantur homines --- .

COATI, *Hernandeſii.* Vulpeculæ noſtrati ſimilis et congener; Yzquiepatl; duos pene dodrantes longa, humilisque, tenui roſtro, parvis auriculis

culis; nigro corpore, ac præcipue juxta caudam, quæ longa eſt, et nigro candidoque pilo velut univerſum corpus veſtita --- . Cum ventris crepitu halitum fœtidiſſimum fundit, adeo peſtilentem, ut cum nihilo comparari poſſit --- . Sunt et alia duo hujus Vulpeculæ genera, inquit *Hernandez*, quorum alterum Yzquiepatl pariter vocatum, faſciis multis candentibus diſtinctum; alterum Conepatl, ſeu Vulpecula puerilis. A COATI Rattoon magnitudine et figura corporis non multum differt; verum excrementorum fœtore plurimum; vid. *Raj.* Syn. COATI.

COATI Ginetta, Hiſpanis; Conſtantinop. *Aldr. Bellon. Scalig.* Ginetta; auribus muſtelinis; minor vulpecula, colore inter croceum et nigrum, maculis interdum nigris ordine in pelle diſpoſitis; in Hiſpania generatur; cauda annulatim variegata, circulis nigris octo et totidem canis vel albicantibus; moſchum quodammodo redolet; *Geſn.* molli et denſo pilo lanuginoſa; Genith=Katz, Geneto Catus; ſed nihil cum Cato commune habens.

COATI Civetta vulgo; The Civet Cat.; Catus Zibethicus; Felis Zibethica a nonnullis; non autem pertinet ad felinum genus, ſed ad caninum, *Raj.* nam et capitis et roſtri figura, dentium forma et numero cum Cane, Lupo, Vulpe convenit. Color varius, ſubnigricantibus diſtinctus virgis, ad flavum tendens, et pluribus nigrioribus majusculis. Effigies ad vulpinam potius, quam ad felinam accedit; auribus parvis, ut in Taxo. Deſcriptionem et figuram vid. apud Academicos Pariſienſes; modum colligendi Zibethum apud *Fabrum.*

COATI cauda brevi; TAXVS, Meles; Tax. The Padger, Brock, or Gray. Coati griſeus. Quidquid dicatur de ſuillo et canino Taxo; porcinum hactenus nemo vidit; *Aldrovandi* Taxi ſuillis Icon de quadr. p. 267. eſt icon COATI mondi, qui me judice pro ſuillo habitus, roſtro quaſi porcino mobili; vid. Supra. Caninum novimus; ejusque pelles in omnium manibus ſunt. Cauda breviuscula, craſſa, rigidis et oblongis pilis obſita; auriculæ breves. Roſtrum canino ſimile; dentes etiam canini; capitis figura ad vulpinum accedit, namque a latiore velut baſe in acutum roſtrum terminatur, ut triangula facies videatur. Orificium habet largum, ſtatim ſub cauda, ſupra anum, quod in folliculum aperitur non admodum profundum, burſæ ſeu ſacculi figura, intus piloſum, in quem exſudat ſubſtantia quædam alba, colore et conſiſtentia fere cerebri vitulini conquaſſati, parva quantitate, non inſignis odoris; exterior marſupii ſuperficies glandulis conglomeratis undique obducitur. Cætera apud *Rajum* in Syn.

COATI. Ajunt Venatores, tempore brumali in cuniculo effoſſo jacens, roſtrum folliculo applicare perpingue tum temporis animal, et ſomniolentum nutrimenta ex ſe ipſo capere. Excrementa vulpina multum abhorret, quæ malitioſa Vulpes in tranſitu ante januam foveæ taxinæ deponere ſolet, ut exitum prohibeat recenti ſtercore ſuo, quamdiu duret.

COATI Urſulo affinis, americanus. The Quick-Hatch, or Wolverene, *Edw.* de avibus II. p. 103. Urſulo affinis americana, *Catesby* app. p. XXX. Freti Hudſonis. Coati maximus; Vulpe vulgari duplo fere major; corpulentus; cruribus brevibus, pedibus Coati et Coati mondi, quaſi urſinis; ſed anguſtioribus, pentadactylis ([61]) omnibus. Roſtro coacto, ultra oculos nigro; ſyncipite albicante; oculis nigris, auribus Coati ſimilibus, parvis, rotundis; cauda in exortu tenui lente accreſcente, piloſa, verſus exitum confertis pilis longioribus, nigricantibus; gutture albido, nigris maculis tribusque zonis picto; reliquum corporis caſtanei coloris, in dorſo profundioris; ad latera linea lata, ex cinereo alba, longitudinalis, quæ ad exortum caudæ incipit, in humeris deſinens. Prima vice 1737. ad Dn. *Hans Sloane* ex freto Hudſonis vivus delatus.

(61) Ita enim *Catesbejus:* The Legs very ſhort and thick, the Feet like thoſe of a Bear, the Number of Toes on each Foot were five, with ſtrong Claws; Il avoit a chaque pattes cinq ergots armés de fortes griffes; idem provocat, quà ulteriorem hujus animalis deſcriptionem, ad *Edwardum;* unde conjicimus, hunc errorem in eo commiſiſſe, quod pedes anticos tetradactylos conſcripſerit: „It ha thon each Foot for-„ward four Toes; thehind Feet have five Toes each.

COATI, pilis breviſſimis fuſcis, circulis rubris oculos ambientibus; cauda lente decreſcente et in acumen deſinente. The Indian Ichneumon *Edw.* 199.

§. XXIX.

FELIS. IX. FELIS. **Katze.** Eſt receptum nomen genericum, quod dicitur FELINVM; me judice, quod animalia hujus generis omnia et ſingula non ſolum habeant faciem quaſi quadratam, et tetragonoproſopa ſunt, ſed præ aliis animalibus ſingularibus utuntur pedibus anticis unguiculatis, pentadactylis, quorum ungues ſemilunatos ſingulari mechaniſmo attollunt, eorumque apices acutiſſimos (quaſi) in vaginis uti loquitur *Plin.* VIII. 15. recondunt, non niſi ad capiendam prædam, vel ad ulciſcendas qualeſcunque injurias ſibi illatas paratos. De quibus Academici Pariſienſes Tom. III. p. 4. „Nous ne trouvames point dans le Lion les étuis dans les quels *Pline* „dit que les Lions retirent leurs ongles en marchant, pour empecher „qu'ils ne s'uſent: mais plûtôt il paroiſſoit que ces animaux, ainſi que „l'a

„ l'a remarqué *Plutarque* Liv. de la curioſité, en conſervent la pointe en les „ retirant entre leurs doigts par le moien de l'articulation, particuliere de „ la derniere, jointure, qui eſt telle, que le penultieme os, en ſe recour- „ bant à côté, donne lieu au dernier qui lui eſt articulé, et auquel l'ongle „ eſt attaché, de ſe plier en deſſus et à côté auſſi facilement qu'en deſſous-„. *Charleton.* Exerc. p. 21. de beſtia Siyah-Ghuſch, i. e. nigris auribus prædita, black-Eear. Pedes habet pilis denſioribus, tanquam pulvinari, ſubſtratos. Condito mucrone unguium in vaginis incedit, nec niſi appetendo unquam protendit, ne hebetentur: quod et Leoni pariter, Pantheræ, Catoque domeſtico commune eſt. Pedum qualitates itaque omnibus ſunt eædem; facies quoque eadem, inſuper omnes tremendæ ſunt velocitatis, omnesque maligni. Dentium numerus diverſus, de quo non conveniunt autores. FELIS.

§. XXX.

1. CATVS. Kater. CATVS domeſticus, Felis domeſtica; animal notiſſimum. Katze; Catus vulgaris noſtras; Catus Syriacus, Cyper-Katze. Catus a capiendo dictus, item Gattus, ſeu murilegus, animal melancholicum *Santis Ardoyni* de venenis lib. 7. c. 7. p. 428. Pupillæ foramen oblongum; Lingua aſpera et aculeata, prout omnibus hujus generis; ſupercilio eminenti, oculis prominentibus, non valde volubilibus. Demiſſis fugiunt, fugantque pedibus. Felis cauda elongata, auribus æqualibus. *Linn.* CATVS.

CATVS ſylveſtris, ferus vel feralis, eques arborum, quod ſupra arbores verſatur; major domeſtico, denſiore et longiore pilo, colore fuſco, vel griſeo, communiter linea nigra per dorſum deſcendit, in pedibus quoque lineæ nigræ; inter pectus et collum macula latiuſcula pilis albiſſimis, reliqua fuſca; ad latera dilutior color; cauda craſſiore, quam domeſtici, tres palmos longa, duobus aut tribus orbibus nigris diſtincta.

CATVS tigrinus, ſylveſtris americanus *Sebæ* p. 47. t. 30. n. 2. Vultus ferox et horrendus, pili griſei ſaturate fuſcis maculis variegantur; cauda verſus dorſum criſpata. Pedum digitis magnis acutis unguibus munitis. Feris in vultum involat, oculos unguibus eruit, cutim dilacerat et cruore ſe ſatiat. Alius Tepe Maxtlaton dictus, tygrinus ex Hiſpaniola, *Sebæ* p. 77. t. 48. n. 2. Tigride ferocior; oculi prægrandes; pellis ex griſeo maculata; cauda acuta. Animal invenio inter farcta in Theſauris Regiis Dresdenſibus ſub titulo: Felis tigrina Surinamenſis.

CATVS. CATVS petauriſta, volans, Ternatana, Mas et fœmina, *Sebæ* p. 93. t. 58. n. 2. 3. Membranæ, qua pro inſtrumento volatorio utitur, tam interna quam externa ſuperficies pilis mollibus tecta. Caput ſylveſtris Felis æmulum; Pedes ad breves uſque et incurvos ungues et tota cauda circum accretæ membranæ alarum inſiguntur; ad bicubitalem longitudinem diduci poteſt.

CATVS roſtro acuminato ex nova Hiſpania, Oxycephalon; *Sebæ* p. 76. t. 48. n. 1; Naſo quaſi intropreſſo. Dentes antici minuti et breves, molares lati et grandes; oculi parvi; auriculæ planæ et rotundæ; cauda longa acuminata; crura curta, pedes minimis unguibus muniti. Color ex ruffo flaveſcit; in deſertis degit, altiſſimis inſidens arboribus aviculas inhiat; Manſuetus ludit et geſticulatur, ut catuli Felium noſtratium, Sudor olens ex Zibetho quaſi et Moſcho mixtus.

CATVS montanus, Quanhpecotli *Hernandez*; *Seba* p. 68. t. 42. n. 2. maligniſſima beſtia; helvi et griſei coloris, cauda craſſa longa (62).

(62) *Catesby* app. p. XXV. Catum Americanum deſcribit: Cet animal eſt environt trois fois auſſi gros, qu'un Chat ordinaire. Il eſt d'un gris rougeatre; Sa queue a trois pouces et demi de long. Il reſſemble beaucoup au Chat domeſtique, mais il a l'air beaucoup plus feroce et plus ſauvage. Il mante aux arbres, et fait ſa proie de tous les animaux - - Quoiqu'il ne puiſſe pas, à cauſe depetiteſſe, prendre un Daim en le forcant à la courſe, comme fait le Panthére, il en vient à bout, en ſe tapiſſant dans les branches les plus baſſes des arbres, et ſautant tout a coup ſur le dos du Daim, pendant qu'il broute; Il s'y attache ſi forſement avec ſes griffes, en le ſuccant, que le Daim baraſſé et rendu a force decourir, tombe depuiſſement, et devient la victime du Chat ſauvage.

§. XXXI.

LYNX. 2. LYNX. Luchs. *Λυγξ, απο τȣ λυκης*, a luce, quod acutiſſime videt. Lupus cervarius, quod Cervorum hoſtis acerrimus. Alii duas, alii tres differentias habent. Luchs, Katzen-Luchs, Kalb-Luchs. Lyncem ſimpliciter dixerim cervarium, hunc *Plinius* a lynce diſtinguit; maximus eſt, majoribus et inordinatis maculis; magis rufis, Luchs; fig. vid. *Mem. de l' Acad.* Tom. III. p. 125. alterum minorem, Lyncem felinum pelle melius picta, non Catum Pardum, melius Lyncem tygrinum, Katzen-Luchs; et ſi tertiam poſtulaveris varietatem, perſicum nominarem Lyncem Siyah-Ghush, nigris auribus, lynceis, cujus figura apud *Charletonum* Exerc. p. 23. pelle ſine maculis, Kalb-Luchs; cauda longiore vitulina, conf. *Rajus* Syn. p. 168. Habent Lynces aures longas, acuminatas, in apicibus villoſas, inſtar holoſerici nigri ſplendentes; omnes altis ſive ſcandentibus incedunt cruribus, non demiſſis ut Catus et Tygris; a Pardo mox

mox diſtinguuntur cauda truncata, auribusque. Multum diſputant autores, an Lynx ſit *θως Ariſtotelis;* non Lupo ſimilis, ſed dicitur Lupus, quod, prout Lupus, Cervos adoritur et pari aviditate. Omnes habent oculos fulgentes; omnes characteriſticam notam in auribus; de his inprimis videatur *Rajus* Syn. 167. Lingua ſpinoſa, uti in omnibus Felibus; de partibus internis conferantur Academici Pariſienſes cit. loco, *Rajus* et plures autores. Optimi ſunt Aſiatici et Africani; inter illos primum locum obtinent Perſici. Africanum Dreſdæ vidi, valde tygrinum, altisque pedibus; Europæi, Pruſſici in ſpecie et Septentrionales ignobiles, parum vel nihil albidi coloris, ruffi potius habentes, maculis confluentibus. Pelliones noſtrates Perſicos vocant **Katz-Luchſen**, indigenas **Kalb-Luchſen**; Americani potius ad Pardos numerandi, vel Pardis poſtponendi, quam ad Lynces; quibus adjungendus Catus Pardus ſive montanus; auribus Felinis cauda quidem truncata. LYNX.

LYNX *Aldrov.* Africana p. 92. *Charlet. Raj.* Lupus cervarius *Geſn.* Quadr. 155. Felis cauda truncata, corpore rufeſcente maculato; *Linn.* Suec. Warglo. Pruſſis ſimpliciter **Luchs.** *Academ. Pariſ.* Loup Cervier.

LYNX colore albo; maculis nigris cauda truncata, *Act. Upſ.* Felis cauda truncata, corpore albo maculato. *Linn. F. S.* Suecis Kattlo. Pruſſis **Katz-Luchs.**

LYNX cauda vitulina; in exitu tenoris pilis longioribus; non maculata; pedibus, facie et auribus lyncinis. Siyah-Ghush, *Charletoni.*

§. XXXII.

3. PARDVS. **Parder.** PARDVS Mas, PARDALIS, PANTHERA Fœmina; Antiqui non recte ſibi conſtabant de appellationibus, cum hodie et Leopardus (*) Catopardus pro Pardo et Pardale ſumuntur. Conf. *Aldrov.* de Pardo p. 65. Nihil Leone fortius, nihil Panthera velocius. *Ælianus* duplex genus conſtituit, alterum quorum majus cum breviori cauda, alterum vero minus cum cauda longiori, utrumque variis maculis; utrumque auribus rotundis; majores ad Vituli corpulentiam, minores ad Canis molem accedunt; Capite minore felino quam ſunt capita Lyncis fronte elongata; humeri ſunt lunati; oculis parvis ac truculentis; collo longo; tenui pro corporis volumine; *παρδος* ab *αρδω* irrigo, quia pellis nigris maculis veluti irrigata, intortis et orbiculatis. Ad venationem adhibetur. PARDVS.

(*) Veteres multa ſuſpicati ſunt adulteria a quadrupedibus commiſſa; unde oriuntur Leopardus a Pardo et Leæna, Camelo-Pardalis ex commixtione Cameli et Pardalis. Sed poſitis ejusmodi delictis, vix tamen dixerim, Hybridorum proles genera ſua

 mixta

PARDVS. mixta multiplicaturas, quum hanc virtutem Mulis et Hinnis denegamus. Sic *Aldrovandus* ejusque *Continuator* non culpandi, quando de Camelo-Pardali ſcribunt: „Illud longe eſt falſiſſimum; quum et Pardus ipſe, ſive Pardalis, qui græce πανθηρ „dictus, generare non poſſit, eſt enim Hybrida, ut præter naturalium rerum Scripto-„res, cultiſſimus *Claudianus:*

„*Semine permixto geniti cum forte Leænæ*
„*Nobiliorem uterum viridis corrupit adulter.*„

Etiamſi, qua Pardum in errore verſati ſint; quid vero viridis ſignificet adulter, hæſito. Poſtquam *Bochartus* Hier. L. III. c. 8. p. 804. antiquiſſimos de Leopardo Scriptores rimatus ſit concludit: „Hæc veteres de Leænarum cum Pardo concubitu, „unde novum monſtrum editur; cui deſignando conficta videtur Leopardi vox - - et p. 805. Quæ καταχρησις noſtris ſeculis ita invaluit, ut plebs hodie Leopardi nomine nihil quam Pardum intelligat: „Nos cum *Oppiano* facimus: Pantheræ duplex „genus: Aliæ quidem ſunt majores adſpectu, et ampliores lato dorſo; aliæ vero „minores quidem, ſed robore neutiquam deteriores: formæ autem utriſque ſimiles „variegantur, præter ſolam caudam, qua diverſæ conſpiciuntur; minoribus qui-„dem major eſt, magnis autem minor.„ Qua diverſitatem caudæ ab *Oppiano* diſſentimus, quod nimirum minoribus minor cauda ſit, majoribus major. Vid. plur. *Franz.* P. I. c. 29 de mixtis anim. quadr. et *Cyprian.* de Pardo P. I. c. 8.

PARDVS. Pardalion, *Ariſtot.* **Panther. Panther-Thier. Pardel.** Varius ſimpliciter, Africanus *Plinio;* **Leopard.** πανθηρ Lupus canarius *Gazæ* vel Luparius. *Io. Faber* luculento *Plinii* etiam teſtimonio comprobavit: Pardales, Pantheras, Pardos, varias, Africanas unum idemque animal eſſe. Cauda longa. Felis cauda elongata, maculis ſuperioribus orbiculatis, inferius virgatis; *Linn.*

PARDVS cauda brevi. Chat-Pard, *Acad. Pariſ.* p. 108. qui animal a Pardo diſtinguunt, quod caudam collumque breviora habeat. **Katzen-Pardel.** Duos pedes cum dimidio longus ab extremo roſtro ad uſque exortum caudæ; altus $1\frac{1}{2}'$ par. cauda longa $8''$. Pilorum color ubique fere ruffus, maculis nigris differentis figuræ pictus. Olim creditus a Pardo et Cato generatus. Deſcriptionem Cato-Pardi in vivario Cliffortiano vid. *Linn.* Syſt. Ed. 6: cauda proportione Cati vulgaris.

§. XXXIII.

TIGRIS. 4. TIGRIS. **Tyger.** TIGRES a Pantheris raritate et nobilitate differre vel ex *Plinio* diſcimus; ita enim VIII. 17. „Senatus Conſultum fuit „vetus, ne liceret Africanas, i. e. Pantheras, in Italiam advehere. Con-„tra hoc tulit ad Populum *Cn. Aufidius* Tribunus plebis, permiſitque Cir-„cenſium gratia importare. Primus autem Scaurus ædilitate ſua Varias, i. e. „Pantheras ſive Mares ſive Fœminas, 140 univerſas miſit. Deinde *Pom-„pejus Magnus* 410. *Divus Auguſtus* 420. *Idem* Quinto Tuberone, Fabio „Max. Coſſ. IV, Nonas Majas Theatri Marcelli dedicatione Tigrin primus „omnium

„omnium Romæ oſtendit in cavea manſuefactam; Divus vero *Claudius* ſi- „mul quatuor.„ *Petr. Gillius* Tigride nihil, inquit, ex omnibus feris ad ſpectandum jucundius Naturæ ſolertia finxit. Nam formæ pulchritudine tam valde inter feras eximia eſt, quam longe cæteris avibus Pavo excellit. Pellem variæ maculæ (*) efflorеſcentes exornant. Dicuntur omnibus feris ad curſum præſtare; ſed revera curſu minus valent quam Pardus, et ex inſidiis victum quærunt Tigres; etenim ſaltu in arborem quampiam cum ſe dederint, in ea latitant, unde in feras inſiliunt; quanquam non negaverim, hanc artem et Pardo communem fore; interim recentiores, et inter illos *Bontius* ajunt, feram tardigradam eſſe Tigrem. Leonem æquat, eſtque feritatis indomitæ; figura macularum a Pantheris differt; ſiquidem Pantheri intortas et orbiculatas brevesque maculas vocat *Plinius;* Tigridi ſunt oblongæ et virgatæ. Pleniores deſcriptiones Tigridum veteres nobis non reliquerunt. Hoc novimus, Aſiaticas minores, ſed pulchriores eſſe Americanis; Dreſdæ belliſſimas vidi, demiſſis pedibus ſatis altis quaſi gliſcentes, fugientes et fugaces, erectas hominis altitudinem æquantes; Ferociſſimæ, maximæ et fortiſſimæ in India Occidentali, ut cum quovis etiam ferociſſimo Africæ Leone duellum committere poſſint. TIGRIS.

(*) Vid. *Boch*, c. I. p. 792 ſqq. Tigris quale ſit animal non ſatis conſtat, antiquis; multi cum Leone conferunt; et quæ reliqua. Luſtratis animalibus, de quibus celebris *autor* cap. III, in propatulo eſt, quam acriter veterum relationes et commenta modernos viros eruditiſſimos in ordinem coëgerint. Interim illi, quibus ampliſſima occaſio, ut propriis oculis contemplari liceat ipſa animalia varia, offendent ejusmodi characteres, quibus mox ab invicem diſtinguenda; modo ſibi caveant de præjudiciis veterum quandoque craſſis, ut Tigres ex vento concepiſſe ſtatuerint. Nec adeo anxii ſimus, ſi quando legimus: „Pellis in Tigride per tænias, in Panthera „per rotundas maculas variatur;„ fieri enim poteſt, quod et maculæ tigrinæ coincidant in pelle Pardi, vel vice verſa. Et pelles vere tigrinæ inter ſe differunt formoſitate, non ſolum beſtiarum ex patria diverſa, ſed et conterranearum; unde non niſi varietas coloratarum exuviarum. Siyah Ghush *Charletoni* maculis omnino caret, nihilominus nobis Lynx audit, §. XXXI, quod recte, ut opinamur, contulimus partes corporis magis characteriſticas, faciem ſcilicet, caput, aures inprimis, pedes caudamque quaſi vitulinam et neglectam. Multum quoque natura inter ſe differunt Pardus Tigriſque; hæc adeo ferox, ut non niſi unicam Romæ cicuratam, Tigris ſi fuerit, legerim; nec Pardi unius ſunt naturæ, quorum non niſi major, vulgo Leopardus, Sinenſibus aliiſque Aſiaticis populis venatorium animal eſt.

Caſum, potius miraculum, ex Dei providentia Dreſdæ mihi teſtatum habeo, de ſingulari Cuſtodis beſtiarum, quæ ibidem aſſervantur, virtute: „Beſtiis alternis ex caveis ſuis actis ſtatis diebus, caveæ a ſqualore purga- „bantur, redactis iterum in cuſtodiam feris, clauſtriſque portis objicien- „dis. Altera die per ſupinam inadvertentiam Tigris extra caveam manſit „in angulo horti ferarum, Thier-Garten, deliteſcens. Cuſtos officii

„gratia

TIGRIS. „gratia in hortum ſive Thoriotrophium ingreditur, quem illico Tigris „adoritur erecta. Ille ex periculo fortiſſimus ſiniſtra manu collum beſtiæ „prehendit, conſtanti promptitudine arteriam aſperam comprimente, una „amplexens beſtiam dextra manu, ejus pectus pectori ſuo violenter junxit, „ut nec dentes nec ungues in corpus ſuum infligere valuerit fera; in tali „flebili ſtatu per minutas quatuor vel quinque ambo invicem ſibi juncti. „Tandem Cuſtos diu diutius de valore ſuo deſperans, beſtiamque ſummis „viribus protinus ex amplexu dimittens, procul a ſe projecit, quæ, con„fuſione correpta illico in angulum vivarii recedens tantum temporis „victori conceſſit, ut ſemiexanimis fugiens januam attingere potuerit.„ Idem Cuſtos Anno 1738 cum valenti Cercopitheco vel Simia a torque avulſa conflictabatur, ſed ab hoc prælio vix ac ne vix quidem vitam reportatus, dextra in primis manu crudeliter lacerata; graviterque et ſatis diu decumbebat lecto affixus, quem mox poſt conflictum cum amiciſſimo Dn. *Bartholomæi* p. m. Conſil. Aulico et Archiatro regio adivi ocularis teſtis plurium ex prælio reportatorum vulnerum. Conferatur Hiſtoria ſimilis prælii apud *Kolbium* p. 156. Plura de Tigridis facie et natura vid. apud *Io. Fabrum* Lync. animal. Novæ Hiſpan. *Ant. Recchi;* De Tigride, quam Luſitani Tigre Royal appellant, vide Deſcriptionem Pariſienſium ad finem Tomi III.

TIGRIS Aſiatica. Duo fœtus Tigridis Ceilonicæ, *Sebæ* p. 52. tab. 32. n. 7. 8. Ambo elegantiſſimis per univerſum corpus maculis ornati ſunt, quarum inſigniores poſticam corporis partem obſidentes, miram colorum variegationem oſtentant. Pedes pariter maculati, in quatuor, lege in quinque, pedes enim Felinis omnino ſimiles, craſſos obtuſoſque dehiſcunt digitos, præter pollicem, brevibus parvis unguibus munitos, in fœtibus cæſareis. Fœmellæ e medio hypogaſtrii quatuor protuberant papillæ. Venter, thorax et pedes ex cinereo dilute flaveſcunt, dorſi vero maculæ multo ſaturioris coloris ſunt. Tigrides binos duntaxat fœtus ſimul parere, ex hac patet, quæ pro catulo quovis bina gerit ubera. Tigris rancat; unde *Petrus Martyr*. Rancatu ſuo univerſam viciniam obtundebat, et montes illo ſtridore reboabant. Cauda longa. Felis cauda elongata, maculis virgatis, *Linn.*

TIGRIS Americana, Iaguara Braſil. Onca Luſit. Lupi magnitudine et major, *Marcgr.* In pedibus quinque habet digitos Felinis ſimiles, et in plano pedis cujuſque eminentiam mollem ſeu callum, ſupraque adhuc rotundam eminentiam: in poſterioribus quatuor digitos et illam eminentiam

majo-

majorem, minori ibidem carent. Tota pellis conſtat pilis flaveſcentibus, brevibus, per totum maculata, maculis nigris, variis eleganter diſpoſitis; caudam habet longam felinam; oculos cæſios ſplendentes; ungues abſcondit, ut Feles ſolent, et rapere aliquid volens extendit. TIGRIS.

TIGRIS Iaguerete *Marcgr.* Tigris ſpecies alia; juvencum annuum magnitudine æquans. Pilos habet breves, ſplendentes, nigros, cum umbra mixtos, et variegata eſt illius pellis maculis atris, figura varia, ut in altera; animal crudelius altero.

TIGRIS Cuguacuarana *Marcgr.* Tigre Luſit. Magnitudo et figura eadem cum Iuguara, colore diverſo; inſtar Capreæ ex flavo rufeſcente, paulo dilutiore, in dorſo obſcuriore; ſub mento paululum albicat et in infimo ventre.

§. XXXIV.

5. LEO. **Löwe.** Λεων, Leo, a Lion, **Löwe;** λεαινα, Leæna, **Löwinn;** apud Latinos promiſcui eſſe ſolet generis Leo. Felis cauda elongata, floccoſa, thorace jubato, *Linn.* Ferarum dicitur Princeps. Aſiæ et Africæ incola, non Americæ. Capite felino craſſo, fronte quadrata; ſupercilio eminenti; oculis prominentibus, ſed non valde volubilibus. Pectus robuſtum et largum videtur ob pilos longos et denſos, undique quaſi juba tectum; qua Leæna caret, binas habens in ventre mammas. Lingua felina, aſpera, et aculeata. Animal quidem non niſi in Magnatum caveis cultum, ſatis autem ab omnibus hiſtoriæ naturalis et itinera in Aſiam ac Africæ partes facientibus autoribus deſcriptum; quos vide, inprimis *Aldrovandum*, *Oviedum* apud *Wottonum; Academicos Pariſienſes; Rajum; Kolbium;* et qui plures. Neapoli, Leæna una cum Leone in eadem cavea incluſa et enutrita 5 catulos peperiſſe et educaſſe, autor eſt D. *Willughbi* apud *Rajum* Syn. et *Fr. Velez* hiſt. de los animales p. 16. Leones de Syria paren cinco vezes; el primero parto cinco, el ſegundo quatro, el tercero tres, el quarto dos, y el quinto uno; y paſſados eſtos cinco, viven eſteriles. Sed quærit *Rajus* p. 165: At qui potuit 5 catulos lactare, ſi duas tantum mammas habuit? Rugit Leo. Quando *Oppianus* Lib. 3 de Venat. multas Leonum differentias conſtituebat: LEO.

Sunt variæ formæ et genera infinita Leonum.

Aldrovandus easdem in jubis, in ferocia et in colore conſiſtere putat, quod in Æthiopia et nigri gignantur; unde *Bargeus* in Cyneget. lib. 3:

Cæſaries nigra eſt, nigros cutis obtegit artus.

LEO. Tartarorum Leones diſcolores vidiſſe vult *Paulus Venetus.* In Europa nuſquam naſcuntur Leones; Locus natalis proprius in Mauritania, Parthia, Maſſilia, Caſpia, Lybia, tota Africa, imo et Syria, ubi nigri, teſte *Plinio.* Unguium mucrones ita condunt, prout reliqua Felini generis. *Scaliger Ariſt.* L. II. c. 2: Vidimus Leonem, ubi ſe vellet in pulvere volutare, poſterioribus pedibus ſibi ſtraviſſe ſolum; non temere; parcit enim anterioribus unguibus ad uſum pugnæ. De magnanimitate Leonis exempla varia.

§. XXXV.

VRSVS. X. VRSVS. Bår. Ἄρκτος, der Bår; a Bear. Beſtia, a reliquis omnibus ſe diſtinguens mole corporea; corpore lato, hirſuto villo; in noſtris regionibus, ac ubique in plagis ſeptentrionalibus fera notiſſima. Rudis quædam indigeſtaque moles videtur, a *Virgilio* informitate notatus; verum non eſt ineptus, ſed ad quævis facinora patranda aptiſſimus, aſtutia Vulpi ſimilis; pelle detracto vide Urſum apud *Academicos Pariſienſes.* Cutis in dorſo admodum craſſa, ſub ventre tenuis. Pili ſatis molles. Naris nigra; dentes ſerrati; mammæ quaternæ; cauda fere nulla. Pedes pendactyli; digiti craſſi, breves, ungues duris annulis firmati. In brachiis et lumbis vis maxima; caput invalidiſſimum; poſticis pedibus incedere et currere poteſt. In arbores ſcandens apiaria evacuat; anticis pedibus veluti pugnis ferit, et Boves feriendo enecans.

Vrsvs noſtras, Polonus; variat. Maximus Formicarum, qui dicitur, Ameiſen=Bår; nigricans; Minor fulvus, vulgaris, Niedźwiedź Pol. Minimus, Argentinus, Silber=Bår; In confiniis Ruſſiæ albæ et nigræ ſ. Moſchoviæ, pilis nigri et argentei coloris mixti. Majores truculenti; in Palatinatu Polocenſi circa Glezbokie oppidum Urſus inſolitæ magnitudinis Equorum aliquot Decades, præter alia pecora, jugulaverat. Ex Urſo occiſo pellis detracta fere ad ulnas ſex protendebatur in Terra Chelmenſi, altera in Palatinatu Braclavienſi, tertia ad ulnas quinque in Bondargovo pago Palatinatus Pomeraniæ. Non raro ex Lituania Gedanum pelles octo pedum mittuntur. Anno 1721 in Poleſia Polonica 80 agmen conſtituiſſe obſervati. Iuvenes matri erepti diſciplinæ ſunt capaces, joci atque ſpectaculi gratia. *Rzączinſki* II. Plura de Urſis vid. *eundem* P. I. Urſus cauda abrupta, *Linn.*

Vrsvs albus *Martenſii*, Witte Beer; Capite prælongo canino; corpore habiliore et velociore; pilo longo, et molli, ad lanæ inſtar; roſtro, ore et pedibus nigris. Ejus caput perdurum præ Urſorum noſtratium capitibus.

pitibus. Weißer Spitzbergiſcher Bär. In Grœnlandia et albi et nigri. Hi terram firmam nunquam deſerunt; illi in mari glaciato perdurant, piſcibusque et animalibus ex Phocarum genere veſcuntur; nonnunquam ſuper tabulis glaciatis in Norvagiam feruntur, unde: VRSVS.

Heu male tum ſolis Norwegum erratur in oris.

§. XXXVI.

XI. GVLO. Vielfraß. Boophagus, Magnus Vorator (*), Roſomacha, *Ol. Magni* Multivorus. Quadrupedum voracium Coriphæus; *Aldrov.* et *Geſn.* putat, non male dici Hyæna veterum; cui ſententiæ alii contradicunt. Vultur quadrupes, *Scalig.* Canis pilis cervicis erectis longioribus, Hyæna *Linnæi.* Deſcriptio hujus beſtiæ valde manca; ſecundum *Matth. Michovium* Sarm. Europ. lib. 2. c. 3. Magnitudine eſt Canis, facie Cati, corpore et cauda Vulpinis, colore nigro; dicitur cadaveribus tantum veſci, ut inſtar tympani extendatur et infletur, tuncque anguſtiam duarum arborum ingredi, et vi, per infernas et ſupernas partes excrementa trudere, rurſusque ad cadaver properans ſe denuo implere. Hanc hiſtoriam nondum animo æquo et placida mente addiſcere potui. Dn. *Linnæo* audit Muſtela rufo-fuſca, medio dorſo nigro; habitat in alpibus Lapponicis, Dalckarlicis, ſylvisque vaſtiſſimis. *Schefferus* Lappon. quod habeant Gulones caput rotundius nonnihil, quam Lupi, dentes validos acutosque, ſimiles Lupinis, corpus amplum, pedes breviores, quales lutrarum ſolent eſſe. Pellis eſt nigerrimi coloris, de qua *Olaus M.* Candet fuſcata nigredine, inſtar panni Damaſceni diverſis ornata figuris. Sunt qui Zabellinis pellibus quodammodo æquiparent, unde forte *Linnæo* Muſtela dicta. Adeo incerta eſt hiſtoria hujus beſtiæ, quæ quidem in Lithuania, in Ruſſia et teſte *Lencilio* in Curlandiæ ſylvis ac in alba Ruſſia occurrere perhibetur, a nemine vero hactenus in meliorem lucem expoſita eſt, cujus tamen Iconem *Ionſtonus* exhibuit, ſed unde habeat, non indigitavit; ſine dubio ex *Geſnero*, qui ſimilem figuram ab *Olao Magno* mutuavit, cum tamen nec *Olaus* animal vidit. Ex hiſtoria hujus animalis, quæ habetur Samml. der Reiſeb. VII B. p. 88 nemo doctior evadet. Inſuper riſum movet *Crollius*, exiſtimans: Medicos ab hoc animali vomitorii et cathartici medicamenti uſum didiciſſe. Anatomen quondam ſuſcepit P. *Pavius* præſente *Ioanne de Laët*, hic præter admirabilem cum humano corpore ſimilitudinem, tria admiranda cum *Thoma Bartholino* Hiſt. Cent. IV. 30 communicavit: 1) Ductum umbilicalem nuſquam apparuiſſe; 2) Cum omnia bruta ligamento ſuſpenſorio jecoris ab homine differant, hujus animalis GVLO.

jecur

GVLO. jecur validiſſime ligamento diaphragmati necti, ſic cum hominis interna jecoris conſtitutione conſenſiſſe. 3) Inteſtinum ab exortu uſque ad exitum undique ſibi ſimile figura inventum, quum et cœco caruerit inteſtino, et reliqua recta fuerint; unde concludit *Bartholinus*, quod hoc brutum ingeſta compreſſu abdominis egerere poſſit; quod quidem a parte pone concedimus, non quod per ingluviem quoque reddat ingurgitata. Quod de pelle hujus beſtiæ referunt autores, hanc in pretio eſſe, id dubio caret; quod vero non niſi cadavera pro victu quærat animal, imo ſepulta corpora inveſtigaret, fidem non meretur. Nec contemnenda *Olai* philoſophia moralis: Forſan naturam tam inſatiabile animal in illis regionibus, in Polonia et Ruſſia, in primis in Tartaria, quin etiam in Lapponia, produxiſſe, ut homines ſimili voracitate laborantes redarguat. Sufficiant hæc de GVLONE, Viel-Wild-Fraß, hoc loco, donec melior hujus beſtiæ deſcriptio comparuerit. Figura Gulonis manu *Rüdingeri* quoque expreſſa habetur, nos aliam iconem Tab. V. addimus, quam ex theſauris regiis Dresdenſibus ſupra laudatus Eilenburgius nobiscum communicavit. Eſt nimirum Gulo niger vulgo dictus, qui olim ex Sibiria vivus Dresdam delatus fuit, et quotidie tredecim carnis libras devoravit, ſemper tamen adhuc eſuriens. Color ex nigro in brunum vergit. Longitudo animalis ulnam et octo ferme pollices æquat, ex quibus caput octo pollices, corpus ulnam circiter comprehendit, altitudo animalis cum capite novendecim ferme pollices emetitur. Alium ex bruno flaveſcentem Gulonem, ibidem quoque farctum conſervant, quam in Saxonia prope Frauenſteinium Rex et Elector Auguſtus II. Glor. Mem. cepit.

(*) Cum ſit animal voraciſſimum, repente, me judice, concoctionem faciet, ne violenter ingeſta ſtatim, ut vult *Franzius*, violentius in anguſtia duarum arborum egerantur. Tunc inexplebili quidem non nutribili laboraret voracitate et valde fruſtraretur ejus natura Gulonem, quæ nihil fruſtra facere ſolet.

§. XXXVII.

SATYRVS. XII. SATYRVS. Satyr. ANTHROPOMORPHA. Ἀνθρωπόμορφα dicimus beſtias homini forinſecus in nonnullis partibus, prout Satyri ficti, ſimiles, in nullo, ut vult *Albertus*, interiorum; quanquam *Galenus* Simias viſcera et cætera interiora homini ſimillima habere ſcribat; quem peritiorem fuiſſe Simiarum ſectionis quam hominum, *Veſalius* docet, Simiasque ab homine in pluribus differre, quam putavit *Galenus*. Optandum, ne forent homines πιθηκόμορφοι, fœdi et peſſime morati.

Illorum non niſi duo agnoſcimus Genera inferiora: SIMIAM cauda nulla vel perexigua, et Cercopithecum, caudatum ſive CEBVM. Simiæ

miæ a Græcis, non quidem ſimpliciter, vocantur homines vel viri, ſed addito epitheto, uti: Ανδρες Αγριοι, viri ſylveſtres, μικροι viri parvi; πυγμαιοι, pygmæi, Ανθρωποι κυνοπροτωποι, homines vel viri canina facie; nam inter hominem et non-hominem non datur medium; ſed vocantur quoque θηρια, feræ, beſtiæ, quadrumani; finxerunt tamen antiqui et Poetæ intermedias perſonas: Faunos, Panes, Ægipanes, Sylvanos, Silenos, Nymphas et Sphinges, plures, qui a Simiis originem duxerunt. Mollius loquitur *Scaliger:* In hominis quoque ſpecie inveniri divinos, humanos, feros, quam *Plinius* H. N. XI. 44: Simiarum genera perfectam hominis imitationem continere. Diximus Simias cauda nulla vel perexigua; nam *Scaliger* caudæ notam ſive veſtigium animadvertit, quam vix oculis deprehendas, tactu tamen ſubeſſe intelligas, quam ſi attrectare tentes, prompta miraque celeritate ſeſe ſubtrahit ridicula indignatione; interim ipſe Simiarum, der Affen, duo genera conſtruxit: Alterum ſine cauda, alterum caudatum; hic Κηβος *Ariſtot.* Εστι δ' ο μεν Κηβος πιθηκος εχων ουραν, eſt autem CEBVS Simia caudata. Simia an Ape without a Tail; that which hath a Tail is call'd. Cercopithecus, in Engliſh a MONKEY *Raj.* Confer. *du Marchais* III. p. 311: „Les Latins diſtinguent deux Sortes de „Singes; ils appellent Cercopitheci ceux, qui ont une longue queüe, „et ſimplement Simia, ou Singe, ceux qui n'en ont point. Ces deux „Eſpeces, qu'on pourroit, regarder, comme deux genres differens, ſe diviſent en une quantité prodigieuſe d'eſpeces, qui different entre elles „en grandeur, en couleur, et de tant d'autres manieres, qu'on en feroit des Volumes entiers.„ Conf. *Prodr. nat. hiſt. Quadr.* p. 10 ſeq. SATYRVS.

§. XXXVIII.

I. SIMIA. Affe. Πιθηκος; Cui cauda nulla vel perexigua; capite magis alto, quam elongato vid. tamen not. 63.; ungues humani ſed imbricati, vel aliquatenus lunati ſecundum *Plinium.* Cilium in utraque palpebra, quanquam pertenue ac prolixius (63), adhæc manus digitosque quadantenus homini ſimiles habent; imo genitale fœminæ mulieris eſt, ſed omnia rudiora efferacioraque. *Galenus* vult, Naturam Simiæ, ridiculo animali et animam habenti ridiculam, corporis quoque conſtructionem ridiculam dediſſe. SIMIA.

(63) Cilio in utrisque palpebris carent reliqua vivipara *Jo. Fabric.* p. 78. Nares non alii animantium, quam homini et Cercopitheco eminent; Idem p. 79. Notandum quod Simiæ, i. e. cauda nulla, nonnullæ, prout inter Cebos, ſint cynoprotypa vel cynocephali, i. e. capite producto magis quam alto. Habent mammas pectorales duas, et ſi quatuor habere videantur pauci, revera tamen non ſunt quatuor, ſed duo ſaltim ubera, quorum ſingula duas papillas habent.

SIMIA.

SIMIA ourang-outang; i. e. homo ſylveſtris, vir ſylvarum; Quoins morrou; Pongo, *Purchas's* Pilgrims P. 2. l. 7. c. 3. §. 7. Baris ſive Barris; Pygmy Guineenſis, Chimpanree Anglis (64). Fabulam ſapit, quam Indi produnt, eos naſci e libidine mulierum Indarum, quæ ſeſe Simiis et Cercopithecis miſceant; Deteſtandam libidinem vel etiam ſtuprum concedo, non generationem; confer. *Pont.* V. c. 32. et *Dapp.* Africa p. 393. et 583. ubi figura; fortaſſis Satyrus vel Sagnir *Eſa.* XIII. et XXXIV.

(64) Vid. Deſcript. of ſome curious-creatures, London 1719. 8v. et Iconiſmum ſingularem fœminæ 1739. nominibus Dn. *Hans Sloane* inſcriptum, quam demum mortuam Dn. *Ranby* aperuit; Ourang-outang or the Anatomy of a Pygmie, compared with that of a Monky an Ape and an Man; to which is added a Philoſophical Eſſay, concerning the Pygmies, the Cynocephali, the Satyrs and Sphings of the Anciens &c. by *Edw. Tyſon.* Lond. 1699. 4t. qui marem cultro anatomico ſubjecit; ubi et convenientiam et diſcrepantiam cum homine notavit *autor* ſeparatis articulis p. 92 ſeqq. — conf. *Tranſ. angl.* No. 256. p. 338; *Tulpii* Obſerv. med. Lib. III. c. 56. *Schotti* phyſ. cur. P. II.

SIMIA Ceilonica ſuperiori labio leporino; Cercopithecus Ceilonicus, ſeu Tardigradus dictus major mas; *Seba* I. p. 75. t. 47. n. 1. addit autor; „Nec dubitamus ea animantia inſerere Simiorum familiæ, quum forma ad hos proxime accedant: at Cauda tamen, quæ Simiis eſt, carent penitus (65).„ Pilus ex nigro fuſcus, per dorſum vero pene niger, „mollis et quaſi ſericeus eſt, brevior tamen, et ex cinereo dilute flavus, „qui ventrem, brachia, pedeſque veſtit. Antici pedes, hominum fere „manibus ſimiles, pollice et 4 digitis, qui brevibus muniti unguibus. In „poſticis, qui pollici proximus eſt digitus, longo et ſubincurvo armatur „ungue, ad ſcalpendum formato; cæterum et indole et actionibus Simios maximam partem exprimunt.

(65) Eo, quod caret cauda, Simia eſt, non Cercopithecus, nedum Tardigradus vel Ignavus. Idem animal eſt, quod referente *Rajo* Syn. p. 161. D. *Robinſon* in Muſeo *Charletoni* vidit inter Simiam et Cynocephalum ambigens, cui cauda nulla vel brevis, roſtrum productius — in uno digito pedum poſteriorum unguiculo acuto, reliquis omnibus latis.

SIMIA roſtro canino, capite elato, Animalculum Cynocephalum, Ceilonicum Tardigradum dictum; Simii ſpecies; mas et fœmina; *Seba* p. 55. t. 35. n. 1. et 2. Immerito Tardigradum (66); „Forma et geſtibus „ſimico æmulatur, quibuscum et in multis convenit, os exceperis, et „naſum, ut pote qui intropreſſus quaſi et anguſte protenſus exſtat, unde „canini fere capitis figura emergit; rictus acutis ſcatet denticulis. Pilus „ſubruffus ſerici inſtar molliſſimus. Crura longa, gracilia, pilis raris; „unico digito, indices ſcilicet ſingulorum pedum in acutum et incurvum

„unguem



J. F. Schmidt. ſculpſit.

„unguem exeunte; cauda nulla, ne talis quidem, qualis Tardigradis eſt; SIMIA.
„Fœminæ ubera duo, papillis quatuor.„ Non recte animalculum *Charletoni* vocatur.

(66) Præjudicio laboravit clariſſimus autor, animalia, quæ Anthropomorpha nobis, caudata quod ſint omnia et ſingula; etſi Simiæ raræ, Ceborum vero ingens numerus.

SIMIA Mamonet dicta. *Thom. Barthol.* in Ac. Med. 1671. 1672. Vol. I. inuſitatæ formæ; nulla figura apud alios autores; an Simia? an Cebus? Ita enim *Barthol.* „Cercopithecus ille apud *Jonſtonum* t. 59. caudam proli„xam oſtendit, qua noſter caret. Non abſimilem *Geſnerus* tradit p. 862. „niſi, quod caput illius magis caninum fuerit, quam ſuillum. *Albertus* „*M.* caudatam Simiarum ſpeciem vocat Mamonet. *Geſnerus* quoque p. 856. „Mammonetum eſſe animal ſcribit Simia minus. Noſter nec caudam ha„bet, nec Simia major eſt; ut ſuſpicari liceat, quia a nullo ita depictus „fuit Cercopithecus hic, quemadmodum horribili facie comparet, vel „monſtrum eſſe, vel animal hactenus aliis non viſum aut depictum.„ Vid. inprimis deſcriptionem penis p. 67. figuram p. 313. et apud *Blaſium* tab. XXIX.

§. XXXIX.

2. CEBVS. Meerkatze. Κῆβος, Cercopithecus; A κέρκος cauda et πίθηκος Simia, a Monkey; Meerkatze; cauda felina, mit langen Katzenſchwänzen, oder kürzeren. *Mart.* Ep. 202: CEBVS.

Callidus emiſſas eludere Simius haſtas.
Si mihi cauda foret, Cercopithecus eram.

Capite Simiæformes, leonicipites, κυνοκέφαλοι, κυνοπρόσωποι, Galeopitheculi, barbati. Major præ Simiis copia. Ungues digitorum plerumque acuti omnes vel nonnulli.

CEBVS Sagouin dictus, ex minimis; *Cluſii* exot. 372. *Nieremb.* IX. 177. vivus Gedani fuit vid. fig. tab. III. De quo in *Prodr. hiſt. Quadr.* p. 11; ungues habet acutos in digitis, in pollice latos, ut Simiarum; vetulæ faciem imitatur. Saguina *Caji* rar. an. p. 79. Animal puſillum; colore griſeo, barba fulta et obſcure cinerea, aure orbiculari, patente et humili, pilo intus nigro veſtita, foris candido. Major, non ſupra Sciurum nigri coloris *Cluſ.* dictus Cay; Alter inſuper Sagouin, navis in mari agitationem nullo modo ferens, adeoque ſuperbus, ut ob leviſſimam occaſionem inedia potius et cibi abſtinentia vitam finire cupiat, quam minimam moleſtiam perferre. -- Callitriches antiquorum, albus, belliſſimus,

CEBVS. mus, ſed adeo tener, ut amiculo pelliceo foveatur, aut ſinu geſtetur. Illius cauda felina, vel Coati, variegata. Conf. *Ludolphi* Hiſt. æthiop. Lib. I. c. 10. n. 58. Cercopitheculus et Galeopitheculus, ibique figuras (67).

(67) Autor de hoc animalculo rhythmum æthiop. tradidit latina verſione:

Hominem non lædo
Frumentum non edo
Oderunt me fruſtra.

Solinus: capere beſtiolas, non arduum, ſed proferre, rarum.

CEBVS, caput mortuum, vulgo; ex minimis; naſo ſimo et quaſi collapſo, oculis profundis, faciem emortui capitis referens. Caput rotundum, atro-ſpadiceis pilis ad naſi uſque radicem hiſpidum, retrorſum magis elongatum, brevi capillo nigricante, prout ad frontem. Vultus piloſus albicans ad medium uſque naſi et oris ambitum, ubi nigredo; rugæ vultum veteranum reddunt et annoſum; Auriculæ glabræ, majuſculæ, capiti appreſſæ. Pili dorſales ſpadicei dilutius, quam in capite; Cauda longa ad inſtar Philandrorum. Fœmellæ ubera habent papillis binis. *Seba* I. p. 52. t. 33. n. 1.

CEBVS, Simiolus Ceilonicus, *Sebæ* p. 77. t. 48. n. 3; non deſcriptus. Quantum ex coloribus figuram illuminantibus cernere licet, pili capitis ad radicem uſque naſi, ad latera trunci, pedeſque virideſcunt, reliqua fuſca; auriculæ humanæ, glabræ et carnei coloris; cauda prælonga et piloſa; oculis amplis; unguibus lunatis parumper, non latis. Ex Cebis parvulis.

CEBVS Guariba, *Marcg.* Magnitudine Vulpis; barba caprina, facie elata; auribus brevibus ſubrotundis; cauda verſus extremitatem nuda, quam ſemper torquet; pilis nigris, arcte ſibi incumbentes, ut læve appareat animal; catulos in dorſo geſtans; domari non poteſt; in ſylvis horribilem clamorem excitans; unus eorum, in conventu ante et poſt meridiem, minor in medio et altiori loco reſidet, reliqui paulo inferius circumſident, tunc præcinit ſuperior alta voce et ſigno manu dato, reliqui omnes accinunt, tamdiu cantiones prout ranæ ſolent, prorogantes, donec ſuperior iterum ſignum det; tunc omnes uno momento ſilent, et ſuperior grandi voce cantionem finit. Alii tales nigri ingentes; Nigritam mulierem ſolam offendentes vi ſtuprare ſolent; *Rajus* p. 154.

CEBVS moſchum redolens, Braſilienſis; Caitaia; pilo ex albo flaveſcente, longo; capite ſubrotundo; fronte pene nulla; naſo compreſſo; cauda arcuata; *Raj. Cluſ.* ex Fernambuco in *Auctar.* mite tractandus, alias altiſſima voce clamat. Sagouin or Sanglin.

CEBVS

CEBVS Angolenſis major; Macaquo *Marcgr.* Color Lupi; caput urſino ſimile; nares bifidæ, elatæ; nates calvæ; a capite ad caudam longitudo pedalis et major. *Alius* Angolenſis; totus niger, inſperſo cano; cauda 2′. 4″. longa. CEBVS.

CEBVS barbatus. Exquima; Guineenſis; Barba egregie alba; pilis in corpore fuſcis, quaſi aduſtis et ferrugineis; ventre albicante; egregie ſaltans, barbatus, Primus *Cluſii.* *Alius* Guineenſis; color maxima parte nigricans, admixta umbra, in ventre ſubcæruleſcens e cinereo; caudæ medietas ex ruffo flaveſcens; ore cæruleſcente; in utraque gena magna copia pilorum longiorum, ex albo flaveſcentium, inſtar magnæ barbæ hircinæ; crura et pedes nigra; *Raji.* *Tertius* Guineenſis *Marcgravii;* minor priori; capite parvo, cauda longa, imberbis.

CEBVS barbatus 2 *Cluſ.* elegantior, magiſque politus; nitidis pilis, brevibus; pectore albo; cana barba minus prolixa, palmaris longitudinis, mucronata.

CEBVS imberbis 1 *Cluſii*; pili fuſci ex flavo coloris; gutture totoque pectore albicantibus; cauda, tanquam avulſis pilis, extreme in floccum deſinens.

CEBVS imberbis 2 *Cluſii.* Major corporis mole; roſtro prorſus fuſco; capite caneſcente; in collo et pectore villi longi, inſtar jubæ Leoninæ caneſcentes.

CEBVS Bugée dictus; Caſtorem capite, pilo, magnitudine referens. Rarus in India. *Rajus* Syn. p. 158. Simia Sciurus lanuginoſus fuſcus ex Joanna Inſula; *Petiver* Gazoph. Nat. Tab. 17. f. 5. A Bugée from Joanna. *Sloane* It. Jam. II. 329.

CEBVS Elaurandus Zeylanenſium. Simia alba, ſeu incanis pilis, barba nigra promiſſa, ex Zeylona, *Raji.* D. *Robinſon* e muſeo Leydenſi. Cercopithecus niger, barba incana promiſſa. Wanduru Zeylon. Cercopithecus totus albus in Catalogo Quadrupp. *Muſei Petropolitani.*

CEBVS, Papio; Baboon; Hyæna *Geſneri.* Cynocephalus, κυνοπρόσωπος. Roſtrum longum, in exitu obtuſum, inſtar Canis moloſſi. Nates glabræ, prorſuſque depilæ et ſanguineo colore tinctæ, tanquam cute detracta; unguibus peracutis, parum lunatis; cauda apparet communiter brevi; Ipſe juvenis Regiomonti hanc beſtiam vidi, cum ſupellectile caudæ curta, ſed forte circumforaneus truncaverat illam, ut eo magis nates ſanguineæ et variegatæ luſtrari potuerint; *Franzius* quippe et continuator *Cyprianus* Simiis annumerarunt Papionem propter caudam curtam;

CEBVS. Sed *Geſnerus*, *Cluſius*, *Kolbius* et alii Hiſt. nat. autores aſſeverarunt ſolemniter, Papiones, Babuini Italis, longas habere caudas ([68]). Toto corporis habitu quadrato, roſtro, capite, imo cauda ad Cebos cynocephalos potius, quam ad Simias quadrat. Catulus lacte caprino educatus, Canis vices, catenæ alligatus, ſubit. Maris genitale membrum a natura eſt circumciſum; fœminæ pudenda plerumque propendent; vid. pluribus *Kolbium*. Conferatur Simia Mamonet dicta *Bartholini* ſupra.

(68) Kolb p. 138: Daß ſie aber auch einen langen Schwanz haben, davon ſind mir mehr als tauſend Stücke derſelben unter Augen gekommen, und habe ich ſelbſten etliche derſelbigen maſſacriren helfen, wenn ſie ſich unterſtanden in die Gärten und Weinberge zu laufen; vid. ibidem ulteriorem eorundem deſcriptionem. Caudatos modo dixit autor Papiones; in Tabula autem II. tanquam Simiæ non caudatæ repræſentantur; ejusmodi incuria autorum multas involvit difficultates craſſosque aliquando errores in hiſtoria naturali, prout jam monuimus in hiſtoria Rhinocerotis, cujus figura et deſcriptio apud eundem autorem ſibi plane non reſpondent.

CEBVS Liocephalus, Leoniceps: Löwen-Meerkatze. The little Lion-Monkey; unguibus acutis; cauda prælonga, qua dimidiam partem nigra, altera parte ex radice rubra; coma in capite alba, neglecta, pedibus albis. *Edw.* de Avibus 195. ex vera cruce.

CEBVS dentibus irridens, ore latiſſimo, ſuperiori labio triangulari; niger pedibus, quaſi chirothecis, luteis; cauda longiſſima, prout præcedentis, pilis velut aculeata. *Edw.* ibid. 196. The little Black Montcey; lächerliche Meerkatze. Americanus.

CEBVS capite vulpino; Füchſel-Männchen. The Maucauco *Edw.* ib. 97. capite albo nigro; facie perſonata; cauda ex circulis albis nigriſque, Coati ad inſtar, varia; longa.

CEBOS quatuor Pariſienſibus deſcriptos, tres pictos vide Tom. III. *Mem. de l' Academie depuis* 1666-1699.

FAM. V. ANOMALOPES.

PENTADACTYLON. Mit { ungewöhnlichen Füßen. / verbundenen Zeen. / Gänſe-Füßen. }

§. XL.

ANOMALOPEDIA. ANOMALOPEDIA dicimus Animalia quadrupeda, piloſa, pendactyla, pedibus quibuscunque, ſive anſerinis, ſive quocunque modo coalitis, aut quaſi monſtroſis. Quo genere comprehenduntur omnia Vivipara

para terram et aquam ſtatis temporum intervallis frequentantia, vulgo Amphibia, piloſa, pedibus anomalis, CASTORES, LVTRAE, PHOCAE, et ſi plura. Dicitur autem αμφιβιον ab αμφι et βιον, quaſi utrinque, et ancipitem vitam habens, i. e. modo in aqua, modo in terra. Sic et *Ciceroni* amphibium animal audit beſtia anceps. Beſtiarum autem nomine veniunt antiquitus omnia animalia quadrupeda piloſa et vivipara, fœtus editos lacte nutrientia; contra diſtincta ab animalibus, ſerpentibus et quæ vocantur aquatilia quadrupeda ωοτοκα, i. e. ovipara; non in aquam, ſi ranas excipimus, ſed in terra ova pro genere ſuo ponentia. ANOMALOPEDIA.

§. XLI.

I. LVTRA. Otter. Eſt ANOMALOPES digitis pedum omnibus, avium palmipedum more, membrana conjunctis; pendactylon. LVTRA.

LVTRA Ενυδρις. Otter. Pedes quatuor, in quinque digitos non nihil expanſos et anſerinorum inſtar membranis intercedentibus junctos, diviſi; Digiti æquales inter ſe, nullus pollicem referens. Dentes canini; auriculæ parvæ ut Caſtoris; pilus brevior, quam in Caſtore; caſtanei coloris, prona parte caneſcens. Diu ſub aquis durare nequit, quod foraminis ovalis nullum veſtigium. Amplas ſtrages in piſcium vivariis committit. Lutra digitis æqualibus, *Linn.* Cuniculos ſub terra fodit, longiſſimis tractibus in ſylvas a fluminibus vel piſcinis remotas, arborumque radices, ubi obſtaculo ſibi ſunt, tollens; vid. reliqua *Prodr. quadr. hiſt. not.* ee). Figura apud *Pariſienſes.*

LVTRA Braſilienſis, Yiya et Cariguibeju, *Marcgrav.* Pilis atris omnibus, præterquam in capite, qui obſcure fuſci, ſub gutture macula flava; figura a noſtrate non multum differt. Deſiderat *Rajus* dentes curioſius obſervandos, et an digiti pedum membranis connexi? Lutra pollice digitis breviore, *Linn.*

§. XLII.

II. CASTOR. Biber. CASTOR. FIBER. Caſtor. The Beaver. Pedibus poſterioribus ſimul et cauda anomalis. Caput compreſſum, τετραγωνοπροσωπον. *Herodoto.* Oculi parvi; auriculæ minutæ, rotundæ, lutrinæ. Dentes inciſores validiſſimi in maxillis bini, lati, extremitatibus oblique ſectis ad incidendum, exterius e flavo rubentes. Pedes anteriores digitis 5 diſcretis, unguibus rotundis et obtuſis; Poſteriorum digiti, craſſa nigraque membrana juncti, unguibus Simiarum. Cauda glabra, depilis, nigra, epidermate ſoluto, ſquamoſa, pergameni craſſitie, CASTOR.

 longa

CASTOR. longa cauda 11 vel 12 pollices; ovalis figuræ. Folliculorum, qui Caſtorei receptacula, accuratas deſcriptiones vid. apud *Pariſienſes* Tom. III. et *Wepferum.* Teſticuli ſub oſſe pubis prope caſtoreum ſiti. Caſtor induſtrium animal, arte quadam ſua aggeres et ſtagna parare conſtat; *Leibnitius* Protogæa §. 41. Confer. *Hiſt. Acad. Pariſ.* 1737. p. 10. Uitgeleere *philoſ. Verhandl.* P. II. 1 Stuck, p. 188. Prout Canis valde manſueſcens. Diu vivere dicuntur, et quidem Europæi præ Americanis; Color vulgarium notiſſimus. In Norvagia et nigri albique; Canadenſes fuſci coloris. Plura in *Prod. hiſt. quadr.* nota qq). Apud *Wottonum; Geſnerum; Pariſienſ. Tranſ. angl.* No. 430.; *Catesby* app. p. XXIX. ſeq. hic: Les Caſtors habitent toute la partie Septentrionale de Continent d' Amerique depuis le 30me jusquê au 60me degré de latitude; leur forme n'eſt en rien differente de celle du Caſtor d' Europe. In Anglia et Wallia eorum ſtirps penitus extincta *Raj.* Caſtor cauda ovata plana. *Linn.* Dresdæ: Caſtor peregrinus, farctus, albus.

§. XLIII.

ROSMARVS. III. ROSMARVS. Walroß. Morſſ, Ruſſis. The Seakow Angl. Hors-Hwal Ang. Sax. Odobenus. Phoca dentibus caninis exſertis, *Linn.* Vache marine, Gall. Walros, Walrus, Bat. Walroß. Bête à la grande Dent, *Dionyſ.* deſcr. des Côtes de l'Amer. Sept. Vol. II. p. 256. Phocæ corporis forma perquam ſimilis, major tamen, corpulentior et ponderoſior. Quadrupes, cujus pedes Batavi Vlaaren alas vocant; ad natandum et ſcandendum potius, quam ad incedendum aptatos, digitis omnibus cute tectis, unguibus tamen brevibus munitis. Cutis dimidium pollicem craſſa; pili breves, fuſci et ſordide flavi. Caput craſſum, informe et in antica parte planum; in fronte habet duas fiſtulas, rictus validiſſimis ſetis obſeſſus, quaſi barbatus. In mandibula inferiori dentes tres, in ſuperiori quatuor; præter illos ex ſuperiori duo longiſſimi lunati dentes inciſores prodeunt, qui Elephantum dentes duritie et albedine ſuperant; non exacte teretes, ſed quandantenus ſulcati; qui a dextris conſtanter longitudine parumper ſuperat ſiniſtrum; cum in finem talibus dentibus a natura donati, ut illis mediantibus vaſta corpora ſuper glaciem et in litora extrahere valeant, cum diu ſub aquis ſubſiſtere nequeunt, pedibus autem brevibus et ad latera poſitis ejusmodi conatus ſuperare non valent. Utuntur ſimul dentibus duobus pro armis, quibus ſeſe crudeliter defendunt. Dn. *Anderſonius* ejusmodi dentem longitudine 2′. 1″, ad radicem 8″ in circumferentia æquantem habuit. Conf. *Martenſium* Itin. P. IV. c. 4. n. 5.

§. XLIV.

§. XLIV.

IV. PHOCA. Robbe. Veau marin; Veau de mer. Loup marine; a Grœnl. Puſa. Seehund; Robbe, Salhund; Dan. Sálhund; Norv. Kaabe; Angl. Seal. Phoca dentibus caninis tectis, *Linn.* Vitulus marinus; Sea-Calff or Soile. Vide Figuram et Deſcriptionem apud *Pariſienſes*, *Tranſ. Angl.* No. 469. p. 383, ibique figuram et paſſim in commentariis; frequentiſſimus in mari baltico; *Linnæus* Phocæ varietatem duplicem numerat: Grâ Siâl, et Wikare Siâl, quod hic Februario, ille Ianuario parit, hic ſolitarius incedit, ille gregarius, hic niger eſt, ille canus. Nigrum nondum vidi, forſan maculis plus minus nigris ſuper canitie varius. D. *Parſons Tranſ. Angl.* cit. loc. optime notavit, ubique fere errores autorum, qui pedes Phocæ poſteriores tanquam pinnam caudæ piſcis communiter repræſentant: „To make the poſterior parts terminate in two Fins, „which on the contrary are actually webbed Feet, (like thoſe of water „fowl), conſiſting of five Toes, each having three Articulations and „ending with Nails of a darkiſh Colour. The Nails of the Fore-paws are „very conſiderable, being like the Pauts of a Mole, contrived for crawling upon land, and partly for ſwimming, by a narrower web between „each Toe: but the hinder Feet are extenſive webs, ſerving alone to „drive or row the Creature in the Waters.„ Paucis verbis multa dixit doctiſſimus et perſpicaciſſimus *Parſonius*. *Rajus* a laudato Obſervatore non alienus; ita enim de Phoca: Pedes poſteriores retrorſum extenſi et invicem connexi ſunt, quo caudam piſcis quadantenus referunt; - - Digiti in omnibus, tam anterioribus, quam poſterioribus pedibus membranis intermediis juncti, et unguibus muniti. Brachium et cubitus ſub cute pectus tegente clauſa latitant, pedes ſoli exſeruntur et extrorſum apparent. - Roſtrum ſatis productum, ut vitulinum referat. Oculi ampli - - ad nares utrinque, non ſupra oculos ſetæ, quadratæ et compreſſæ, nodis ſubinde diſtinctæ, et ſibi invicem vicinæ. Pro auriculis foramina avium habet. Pari modo *Academici Pariſienſes:* „Le Veau marin avoit non ſeulement deux pieds de derriere, mais outre cela une queuë etc.„ me judice, *Cluſius* circa animal Manati Indiæ Occidentalis, in eundem errorem incidit, quem juxta Phocam profeſſi ſunt *Ariſtoteles*, *Plinius*, *Aldrovandus*, *Rondeletius*, *Geſnerus*, *Wolfgangius*, *Iohnſton*, ac ſi, ut verbis *Pariſienſium* utar: „Le Boeuf marin des Indes Occidentales n'ait point de „pieds de derriere, mais ſeulement une queuë de Poiſſon mal formée dont „il ſe ſert pour nager, ce qu'il fait avec une très-grande viteſſe, au raport „de *Cluſius*, qui dit en avoir vû un que les Hollandois avoient apporté des

PHOCA.

PHOCA. „Indes.„ Magis miror præſtantiſſimum in Hiſtoria naturali Virum *Anderſonium*, qui de Phoca: Seine vier Füße ſind kurz, und bald wie Gänſe-Füße geſtaltet. Sie haben keine Knochen, ſondern ſind nur wie ein dicker Lappen von rauchhaarigtem Leder. An den Vorderfüßen ſind 5 lange ſchwarze Klauen, die mit den Spitzen über den Rand des Felles ein wenig hervorſtehen; die Füße ſelbſt NB. ſind ohne Beine = = die Hinterfüße ſtehen hinten aus, und zwar die breiten Enden; quod ſupra ſati autores affirmant, perpendiculariter wie die Fiſchſchwänze. Ita et *Martenſius* judicat, quem Dn. Autor ſecutus eſt. E contra *Pariſienſes* teſtantur: Nous avons trouvé que notre Veau marin - - avoit de veritables os très-durs - - Vide porro prælaudatum *Anderſonium* p. 253 de Phoca aus der Straße Davis, quem infarctum accepit.

§. XLV.

MANATVS. V. MANATVS. See-Kuh. See-Ochs. MANATI Hiſpanis: Bœuf marin; piſcis audit manibus gaudens. Piſcis cetaceus *Cluſ.* Vacca marina. Vitulus marinus *Aldrov.* p. 104, cui Phocæ eſt differentia. Figuram vid. apud *Cluſ. Dapperum* Amer. de Inſula Hiſpan. p. 178. et apud alios; deſcriptionem paſſim. Confer. *Miſſ. de Piſcibus* II. §. XLIII. et addit. in *Miſſu V.* The Sea-Cow. *Cluſius* hoc animal juxta corium ſtramine ſuffarcinatum deſcripſit; non vidit vel vivum vel mortuum. Ejus deſcriptionem omnes bona fide ſecuti. Ex corio fœdum et turpe animal *Cluſio* viſum; capite Vitulino, ſed paulo ſtrictiore, oculis fere Caninis; valde craſſa et dura brevibusque et raris pilis ex cineratio fuſci coloris cute præditum. Longitudo 16′, ambitus corporis $7\frac{1}{2}'$. Bina crura ad humeros non longa; latos pedes brevibus unguibus præditos, nullos in poſteriore corporis parte, ſed caudam quodammodo informem et latam - - . Reliqua abbreviata a *Rajo* Syn. addam: oculis exiguis; auricularum loco foramina, prout in Phoca; ubera in pectore duo. Pedes unguibus elephantinis præditi eſſe dicuntur; *Hernandez* ungues ei humanis ſimiles tribuit, et pedes pinnarum formam referentes; more humano coire, penem equinum habere, viſcera taurinis reſpondentia; nullo nocuum eſſe morſu, verum herbis littoralibus fucisque veſci. Concludit *Rajus:* Si animal *Diogeni* cognitum fuiſſet, non opus habuiſſet, ut Gallum deplumaret; Manati enim natura animal implume bipes eſt. *Artedo* Trichenus, piſcis eſt plagiurus. Quis eſt, qui non intelligat, naturalem hiſtoriam tam vaſti animalis veram et genuinam deſiderari in hunc uſque diem, vel ex paucis, quæ modo adduximus? Si veſtigia pedum premimus, conſiderandum venit ex præmiſſis: 1) Ungues elephantinos unguesque humanos toto cœlo differre;

differre; 2) beſtiam tantæ molis herbas littorales attingere non poſſe ſine valore pedum anteriorum, qui plurimis autoribus pinnæ audiunt; 3) *Cluſium* poſteriores ex corio ſuffarcinato judicaſſe, certo certius mutilo; 4) et quid inde, ſicubi in poſteriore corporis parte nullos invenerit; non tamen ſequitur, animal, cujus exuvias luſtravit, nullos habuiſſe poſticos pedes, ſive crura fuerint coalita, uti in aliis ſuæ farinæ, ſive pedes ſolummodo diſcreti, uti in Phoca, cujus generis eſt, ſive denique ipſi pedes vel ad digitos unguesve uſque fuerint concreti, quid ſi etiam quaſi monſtroſi eſſent. Hæc ſufficere poſſunt, ut modo intelligamus Manatum ex derivatione Hiſpanorum nec manus, nec alas, neque pinnas habere; porro hiſtoriam quoque mancam, qua pedes poſteriores; eorumque loco non licet caudam animali piloſo et viviparo tribuere, pedes vero poſticos demere, quod in nulla beſtia, nedum in ipſa Phoca, hactenus experti ſumus. Solent autem nomine beſtiarum intelligi quadrupedia quæcunque ([69]). MANATVS.

(69) Suſpicamur Leonem marinum paria fata habere; Dn. *Anderſonius* p. 230 vom Walrus: Die Holländer, ſo nach Grönland fahren, ſagen Walroß, aber einige, die in Indien gereiſet, heißen ſie auch See-Löwen, doch irrig; denn die See-Löwen haben viel kleinere dentes caninos, und ſind vielmehr eine große Robben-Art, die mit dem Kopfe und der gelben Farbe des Leibes den Löwen ähnlich kommen. Quod de illis commentatus *Kolbius*, ſuſpectum habeo, et videtur figuram, quam ab aliis autoribus mutuatus eſt, non revera animal ipſum deſcripſiſſe. Nec credere fas eſt, ſemipiſcem partes corporis pinnatas per dimidiam diem igni ſolari ſuper petra expoſiturum eſſe. Vid. autorem itineris *Anſonii* de Leonibus marinis, Meer-Löwen, p. 115 (deutſch) cum figuris Maris et Fœminæ. Pedes anteriores videntur pentadactyli, cauda vero, concreti pedes vel digiti, prout pedes poſteriores teſtudinum marinarum. Ecquis ſponſor ſit, de figuris omnibus numeris abſolutis?

§. XLVI.

TABVLA SPECIALIS DIGITATORVM, QVÆ DEPILATA.

Ordo III. DEPILATA; ſive tecta, ſive nuda, nequicquam piloſa; omnia ovipara ſive ὠοτοκα.

- TESTVDINATA. Teſtudo
  - Digitis diſcretis §. 47.
  - Pedibus anomalis §. 48.
- CATAPHRACTA. Crocodilus, Caimanus §. 49. 50.
- NVDA. § 51.
  - Lacerta
    - dorſo lævi §. 52.
    - dorſo pectinato §. 53.
  - Salamandrina §. 53.
  - §. 54.
    - Salamandra; ova vera in pelvi excludens.
    - Gekko.
    - Cordylus; Uromaſtix.
    - Scincus.
    - Seps ſ. Lacerta Chalcidica; ova in utero excludens.
  - Chamæleo §. 55.
  - Batrachus
    - Rana §. 56.
    - Bufo §. 57.

§. XLVII. TE-

§. XLVII.

TESTVDO. Schildkröte.. Quod tegmine, vel capſula teſtacea munita eſt, Schildkröte. A Tortoiſe Tortuë Gall. Dividi ſolent in terreſtres, aquarum dulcium et in marinas; ſufficiunt terreſtres ſive ſylveſtres et marinæ. Ne autem a loco differentias petamus, quæ diſpoſitio multa incommoda conciliat, et amphibologias cauſatur, tutius Teſtudines diſtinguimus in animalia capſularia digitis diſcretis, qui et terreſtribus et lutariis, ſive aquæ dulcis communes ſunt; et pedibus digitisve anomalis, quales ſunt marinæ omnes. TESTVDO.

I. *DIGITIS DISCRETIS.*

TESTVDO vulgaris, The common land Tortoiſe. Teſta ſuperior, prout in omnibus, eſt convexa, inferior plana; caput ſerpentino æmulum, quod prout pedes caudamque pro lubitu exſerere et intra teſtam ſubducere poteſt, caret palpebra ſuperiore, et auriculis; an etiam, ſecundum *Rajum*, careat meatibus auditoriis, hæſito, quod nec Phocæna piſcis iisdem careat, valde licet anguſtis. Hyeme in terra latitat. Teſta vel atris, vel dilutioribus, vel etiam nigris et luteis areolis diſtinguitur; Teſtudines ſunt pendactylæ, pedes plerumque, prout caput caudaque ſquamata. Oſſa teſtæ duplicia in lateribus ſibi mutuo commiſſa ſunt, et ligamentis validis durisque juncta.

TESTVDO terreſtris Indica maxima *Pariſienſibus* deſcripta. Sa queuë étoit garnie d'une corne par le bout; ſes pates n'étoient point couvertes d'écailles, mais d'une peau ridée comme du Maroquin; ſes ongles point aigus, mais mouſſés et uſés juſqu' à près de la moitié, et ſes machoires ſont dentelées en forme de Scie; hoc omnibus digitis diſcretis eſt commune; nec dici poſſunt habere dentes.

TESTVDO Iaboti *Marcgr.* Cagado de terra, Luſit. Teſta nigra, cui multæ figuræ hexagonæ inſculptæ. *Seba* p. 129. Tab. 8. n. 2.

TESTVDO Mydas dicta; *Seba* p. 129. t. 80. n. 1. ex Curaſſoa; mediæ magnitudinis, non ultra tres annos nata; ſuperius tegumen obſcure ſpadiceum, ex flavo pulchre elaboratum. Caput totum fere rubet; tali et colore pedes picti, brevibus craſſisque ſquamis, et validis quinque unguibus muniti. ποταμια χελωνη.

TESTVDO Braſilienſis, Iubeti dicta; ſcutis hexagonis, extuberantibus, ellyptica fere ſpeculorum vitra referentibus; horum e centro, dilute luteo, minutisque ocellis conſperſo, ſeni, octoni pluresve aut pauciores

N emigrant

TESTVDO. emigrant radii flavi, inde ad ambitum ſcutiformis cujuslibet ſquamæ porrecti, capite dilute flavo, ſubtus ſaturatiore; et ſquamæ pedum flavent. *Seba* p. 129. t. 80. n. 3. et 8.

TESTVDO Ceylonica, terreſtris minor; Iurukua; toto corpore dilute ruffo. *Seba* ibid. n. 4.

TESTVDO ex nova Hiſpania; Kagado d'Agao; polito operimento ex flavo dilute rubello, quaſi aurantii coloris; capite, pedibus et cauda ſaturate aurantiis. *Seba* ibid. n. 5.

TESTVDO Braſil. Iujura *Marcgr.* flavi undique coloris ſuperius, parvisque quaſi icunculis, ſculatis; capitis pedumque color paulo dilutior flavus. *Seba* ibid.

TESTVDO Amboinenſis, minor; lævibus ſcutis dilute ſpadiceis; flaventibus aliquot maculis; caput pedesque ſaturatius ſpadicei. *Seba* p. 130. t. 80. n. 7.

TESTVDO Amboinenſis, minor; colore dilute ruffulo, inſtar flammarum albis maculis lineisque; pedes punctis rubicundis; caput valde prominulum; pedibus quinque acutis unguibus; in majorem molem non excreſcit; *Seba* p. 126. t. 79. n. 1. Eadem inverſa, dilute flava et rubro pigmento adumbrata n. 2.

TESTVDO, Ceylonica, minor; dilute flava, latis, ſaturate ſpadiceis maculis, foliaceis; caput, pedes luteis ſquamulis. *Seba* ibid. n. 3.

§. XLVIII.

II. *PEDIBVS ANOMALIS.*

TESTVDO pedibus anomalis, marina eſt. Pedes ad natandum et ad ſcandendum in littora ova ponendi gratia comparati; et prout Veſpertilionum antici pedes rudimenta digitorum in inſtrumentum valatorium ſparguntur, ita digiti harum Teſtudinum digiti complanati, ſquamati et plerumque evidenter unguiculati, in pinnas quaſi, vel quatuor alas rudes conjuncti; mari non aliter exeunt, quam dormiendi et ova faciendi gratia, in littora vicina. In tantam magnitudinem excreſcunt in Mari Indico, ut quatuordecim homines unius teſtæ ſuperiori inſiſtere poſſint. Mandibula ſuperior canalem inſculptum habet, inferioris aciei dentatæ excipiendæ, et inferior viciſſim canalem, quem ſubintrat ſuperioris dentata protuberantia. Vid. *Rajum* Syn. p. 235. Vid. Teſtudines marinas, quarum altera monſtroſa, biceps, apud *Edw.* p. 206. In terram egreſſæ, ova centena numero deponunt

nunt in arena tecta, quæ ſolis calore excluduntur. Hoc omnibus Teſtudinibus commune eſt; nam nullæ incubant. TESTVDO.

TESTVDO vulgaris; Teſta minus pulchra et concinna. Inveniuntur frequentes circa Braſiliam et Inſulas Caribbeas, quarum unius caro 80 vel 100 hominibus, uti dicitur, in prandium ſufficit. An Teſtudo marina Americana, *Sebæ* p. 130. t. 80. n. 9.

TESTVDO, Braſil. Iurucua; Luſit. Nartaruga; variis figuris geometricis teſtæ quaſi inſculptæ videntur. Quædam habent teſtam nigram, ſplendentem, flavis lineis et figuris egregie interſtinctam, aliæ aliter conformatam; poſteriores pedes palmatos breviores. Teſtudo Franca *Rochefort.* Ejusdem figuræ Teſtudo Caëmanna, *Rochef.* verum caro ejus nigra eſt.

TESTVDO Caretta, *Rochef.* multo minor præcedentibus; ſed ova delicatiora; in pretio eſt ob teſtam in laminas 15 diviſam, quarum 10 planæ ſunt, reliquæ nonnihil incurvæ; Ex illis multa fiunt (70).

(70) *Catesbejus* II. p. 38. quatuor ſpecies marinarum, quas vulgo Turtles vocant, differentes tradit: The Green Turtle; The Hawkes Bill; The Legger Head Turtle and the Trunk Turtle. Vide *ibid.* autorem, des differentes eſpeces des Tortuës et de leur proprieté en general. Teſtudo marina viridis, The green Turtle, Tortuë verte, ou Tortuë franche *Rochef.* de Cuba et du Continent. On regarde leur oeufs comme un manger ſain et delicieux. Mr. le Chevalier *Sloane*, dans ſon Hiſt. Nat. de la Jamaique, nous apprend, que les habitans de Port Royal employent 40 barques à la peche de ces Tortuës; et p. 39 modum explicat capturæ, - - The Hawksbill prend ſon nom de la forme de ſa bouche ou bec d'un Faucon; vid. fig. ibid. Elle eſt eſtimée à cauſe de l'utilité de ſon ecaille et de la bonté de ſa chair. - - The Loggerhead Turtle on ne cherche guéres, à cauſe de leur chair rance, elle eſt en état de rompre de très grandes coquilles, ſur tout le buccinum. - - Teſtudo arcuata, the Trunk Turtle, le Coffre, n'eſt commune, p. 42, car on en prend rarement; l'ecaille de deſſus eſt plus convexe, que dans les autres eſpeces. Leur chair eſt rance, mais on en tire une grande quantité de huiles.

TESTVDINVM marinarum pulli diverſi tres; *Sebæ* p. 127. t. 79. n. 4. 5. 6. *Ibidem* Ovum cum fœtu, n. 7.

§. XLIX.

CATAPHRACTA.

CROCODILOS et CAIMANOS nonnulli ad Lacertos numerant: quod cauda eorum in longum producta, et plurimi Lacertorum ova ponunt cum illis. Multum vero differunt a Lacertis, inprimis lingua, quæ Crocodilis fere nulla, et membrana tantum ad ingluviem, inferiori mandibulæ interjaçens, quam ſuſtollere non poſſunt; cum Lacertis omnibus

CROCODILVS. bus lingua bifida, anguina, quam longius exſerunt, ſit conceſſa; porro et dentibus maxime differunt, qui Crocodilis longi, ſubulæformes et pectinatim coëuntes, numero fere incerto; pedes quoque acutiſſimis unguibus ſunt armati, et crura in latera flectuntur. Dixi Cataphractos, quod, præter ventrem, adeo dura cute teguntur, ut telis et ſagittis minime cedant, ſquamis horridis et ſpinoſis referta. Ova pariunt anſerinis magnitudine paria; quæ ſolis calore excluduntur. In Nilo, in Nigro Africæ et in Gangæ Indiæ fluminibus ſtabulantur.

§. L.

Differt Crocodilus a Caimano corpore, quod huic brevius; ventre Caimanus magis eſt coacto, ille ſtrictiori; Caimanus habet elatum caput, roſtrum depreſſum, brevius, angulum ad radicem notabilem deſcribens. Crocodilus, Nilenſis inprimis, roſtrum ferme in linea æquali cum oſſe bregmatis in multo longius productum, rictu valde ampliore et ultra caput fiſſo. Differunt inſuper ſquamis ſcutisque quadratis oſſiumque duritie, nec non colore corporis; Caimani atro fuſci, varii; Crocodili multum cineritii habent, et quæ plura; Omnium mandibula inferior, prout in aliis animalibus mobilis; et merito apud *Grew* M. R. motus maxillæ ſuperioris redarguitur. Conferantur *Geſnerus*, *Worm. Bont. Boyhart. Belon. Feuillée* III. p. 571. *Academici Pariſienſes*, *Hernandez*, *Labat* Voy. de l'Amer. *Raj.* Syn. *Seba* I. Tab. CV. CVI. plures. Crocodili caput, rictu aperto oris interiora monſtrans, vide apud *Sebam* Tomo II. p. 124. t. 110. fig. 1.

Crocodilvs Americanus *Sebæ* p. 167. t. 106. n. 1. Plures reperiuntur varietates, non magnitudine ſolum, ſed et forma et coloribus diſcrepantes. Sunt, qui grandes gerunt, obtuſoque apice eminentes ſquamas, quaternis et ſenis alte exſurgentium tuberum, corneorum, anguſtos obtuſosque in apices convergentium, ſeriebus, a capite per dorſum ad finem uſque caudæ, ordine digeſtis, deſuper ornatas; ventris pariter lateribus ſimili apparatu inſtructis. Hic Kil-Duivel dictus. Interim tamen *Seba* ſcribit, ſola mobilis eſt maxilla ſuperior, plures in eo autores ſecutus. Autorem in tribus Crocodilorum ſpeciebus faucium diſſectarum inſpectio quam attentiſſima docuit, quod lingua nulla, nec vel quidquam linguæ analogum, ſed ſubſtantia ſaltem e minutis quibusdam glandulis compoſita ſub cute hærens. Glabræ fauces, nec vel ſimile quid Piſcium linguis; Oeſophagus enim pluribus fimbriatus rugis, quidquid orificium ejus ingreditur, via ſat commoda tranſmittit. Non pauci autores Crocodilorum dedere hiſtoriam, icones autem accuratas nulli.

Cro-

CROCODILVS, dictus Lacertus omnium maximus; The Alligator. Crocodille des Indes occidentales, *Catesbeji* p. 63. toto cœlo a præcedenti differt, nec iconem exactam credimus. Interim legantur Commentationes autoris. CROCODILVS.

CROCODILOS CAIMANOS Ceylonicos, Africanos, Americanos recenter natos; ova ſimul cum pullis vid apud *Sebam* I. t. 103. 104. ubi varietates beſtiæ hujus ſeſe diſtinguunt; porro t. 105. n. 3. Crocodilum aquaticum Ceylonicum marem. *Cornelius de Bruyn* in itinere p. 355. ſcribit, captum eſſe in Ceilone Crocodilum ſedecim cum dimidio pedes longum, ſex vero cum ſemiſſe craſſum, a quo duos ſupra triginta homines deglutitos fuiſſe, certo conſtiterit; in cujus ventre aperto ſceleton hominis fuerit repertum. *Autori* res videtur impoſſibilis; quærens: quo alia illa triginta et unum ſceleta devenere? An adeo ſubito hæc colliquari ibi poſſe, quis credat? quum contra didicimus, quod hominem Crocodilus formidet, illoque viſo, vel ſaltim audito aufugiat (71). Viginti ad triginta pariunt ova, anſerinis magnitudine paria.

(71) W. *Bosman* in hiſt. oræ auriferæ Guineenſis p. 29. T. II. refert, ſe in Chama et Boutry vel 50 in uno die vidiſſe, interque eos tam enormes, qui vel 20 pedum longitudinem æquarint. Neque tamen, ait porro, ſe audiviſſe unquam, quod animalia iſthæc aut homines aut alias beſtias devoraverint, tantopere homines pavitantia, ut iis perceptis illico ex littore ſumma cum vi in fundum fluviorum ſeſe præcipitent.

§. LI.
NVDA.

Nuda dicimus animalia, quæ vel cutem habent glabram, vel pellem anguium more plus minus ſquamatam, non ſcutatam, dorſo aliquando, gutture caudaque pectinatis. Ita diſtinguimus nuda a cataphractis. LACERTAE apertæ partes notabiliores internas vide apud *Sebam* II. p. 126. t. 110. fig. 3. *Harderus* in Exercit. anat. XXX. Lacertos uteros peneſque binos habere, quibus femellæ ac mares ſinguli fruuntur; hi cum eleganti teſtium et epididymum ſtructura.

Dorſo lævi.

A. LACERTVS. Eyder. LACERTOS ſtricto ſenſu appellamus capite roſtroque ſerpentino, lingua quæ omnibus bifida, nudaque, Ootoca. Vulgares et alios vide apud *Rajum* &c. LACERTVS.

LACERTVS, vel Lacerta Americana maxima Caudiverbera, *Seba* p. 158. t. 101 (72). Caudiverbera, quia motu continuo caudam criſpat et intorquet. Minutis tegitur ſquamis. A capite parvo ad uſque bicubita-

 lem

LACERTVS. lem caudam teres et craſſius; ſaturate ſpadiceus, femora pedes et digitos quinos croceæ exornant maculæ; auriculas externas Lacerti non habent, quod omnibus oviparis quadrupedibus commune, ſatis tamen amplos meatus auditorios, huic foramen quaſi fimbriatum.

(72) Hoc loco nobis ſufficere poſſunt Theſaurus *Sebæ* et *Catesbeji* Nat. Hiſt. of Carolina -- ob copiam eorumque accuratas, quas nobis largiuntur figuras, ad vivum exhibitas. Teſtatur *Seba* T. II. p. 6. n. 4 et 5. quodſi caudæ Lacerti particulam abſcideris, et bina extrema abſciſſa unius vel duorum pedum intervallo a ſe mutuo removeris, ambo rurſus coire, et facto tam valido ſeſe attrahere, ut denuo conglutinentur, tanquam continui nulla fuiſſet ſolutio.

LACERTVS, Tejuguacu, Americana maxima, Sauvegarde dicto, marmorei coloris, Lacerta amphibia. *Seba* p. 154. t. 99. n. 1. Frontem ſcutata quaſi inſignia muniunt albis diſtincta lineis. *Plinio* Serpens quadrupes. Dici quoque ſolet; Land-Crocodil, inprimis orientalis, aquam non frequentans, quod præ cæteris in maximam longitudinem excreſcit.

LACERTA major, Tilcuetz pallin novæ Hiſp. *Hernandez*. *Seba* p. 152. t. 97. n. 2. veſte miro artificio elaborata induta.

LACERTA Tegujuacu ſeu Texixincoyotl, ſeu Tecuixim ſimpliciter dicta maxima. *Seba* p. 151. t. 96. n. 3., minores n. 1. 2.

LACERTA Americana, maculata; ſquamulis tenuibus ex cæruleo albicantibus, diſtinctis maculis ex nigro variegatis. *Seba* p. 136. t. 85. n. 2.

LACERTA, Amer. minor, cærulea, Argus dicta; capite, cauda et ventre dilute cæruleis, ex nigro variegatis. *Seba* ib. n. 3.

LACERTA Amer. ſquamulas transparentes, albicantes dilute cinerea obducit rubedo, nigris deſuper maculis, more tigrino. *Seba* ib. n. 4.

LACERTVS ſtellatus, Mauritanus, mas et fœmina, ſtellulæ albicantes ſquamulas tenues et ſaturate griſeas diſtinguunt. Cervici rhomboideum imminet ſcutum fimbriatum, candidis maculis, minutis, ſtelliformibus. *Seba* p. 138. t. 86. n. 4. 5.

LACERTA marmoris in modum ex albo variegatus, ſpadiceus; capite unicolore ſpadiceo. *Seba* ib. n. 6.

LACERTÆ eximiæ ex inſula S. Euſtachii. *Seba* p. 139. t. 87. n. 4. 5. Ex viridi dilute cæruleæ, nigris punctis.

LACERTA Surinamenſis, dorſo dilute cæruleo, cauda tenui *Seba* p. 139. t. 88. n. 1. Ad latera tænia lata fuſca, albicante limbo ornata, candidisque diſtincta punctis. Dorſum ſquamulis albeſcentibus minutis.

LACER-

LACERTA, Surinam. major, Ameira dicta. *Seba* p. 140. t. 88. n. 2. cærulea, ex albo et nigro variegata. Pedes toti lutei, unguibus nigris. LACERTVS.

LACERTA, Temapara, Americana, cauda longiſſima. *Seba* ibid. n. 4. Ex rubello ſubgriſea; in ſupremo capite prægrandes ſquamæ, albo ſuper fundo ex nigro ſpadiceæ; abdomine dilute cinereo.

LACERTA Amer. ſupinam ad caudam uſque minutæ veſtiunt ſquamulæ dilute ſpadiceæ, maculis nigricantibus per ſeries, cauda annulata pariter maculata; ad latera tænia cærulea. *Seba* p. 141. t. 89. n. 3.

LACERTA, tigrina, Ceylonica, cauda bifida. *Seba* p. 143. t. 90. n. 7. ſuperne dilute cærulea, fuſcis diſtincta maculis; latera ſaturate ſpadicea.

LACERTVS ex Rio de Janeyro; inſignibus venuſtus, mas et fœmina. Inſignia in dorſo ex ſaturate ſpadiceo, rubro, luteo et albo varia *Seba* p. 143. t. 91. n. 1. 2.

LACERTA Braſil. de Bahia, Taraguira vocata. *Seba* p. 144. t. 91. n. 3. In dorſo tæniolæ; media, lata et alba; axim habens miniatis conſperſam punctis; reliquæ ſunt cærulei, flavi et ſpadicei coloris; latera ex fuſco et albo variæ; vertex ſaturati cærulei coloris.

LACERTA, Tecunhana, Braſil. *Seba* p. 144. t. 91. n. 4. Supina parte teniæ multicolores; media alba, fuſcis punctis notata; cæteræ cæruleæ, maculis nigricantibus et flavis lineolis diſtinctæ. Abdomen ex cæruleo et nigro varium; caput dilute cæruleum, nigris maculis.

LACERTA Braſil. A capite ad finem caudæ tenuis ex cinereo dilute luteis et fuſcis, latioribus faſciis, transverſis; extuberans caput dilute flavum, maculis aliquot ſpadiceis; prope dorſum binæ albicantes lineæ pectinatæ ad trunci uſque medium; per ventrem aliæ binæ tæniæ albæ uſque in caudam protenſæ. *Seba* p. 144. t. 92. n. 1.

LACERTA peregrina, Braſilienſis, cauda bifurcata *Seba* p. 145. n. 3. albis et nigricantibus maculis tota conſperſa.

LACERTA Guineenſis, cærulea, lemniſcis albicantibus, cauda exiguis annulis, marmoris in modum variegatis cincta. *Seba* ibid. n. 4.

LACERTA ex luteo viridis, verſicoloribus tæniis, pictura textili quaſi exaratis. Capitis ſquamæ dilute glauco ſuffuſæ. *Seba* ibid. n. 5.

LACERTA Amboinenſis fœmina et mas; *Seba* p. 147. t. 94. n. 1. 2. Squamulis tenuibus ex albo, nigro et ruffo variegatis.

Nigre-

LACERTVS, Nigredo coracina candori nitidiſſimo intermiſta omnem hic facit varietatem. Eſt elegantiſſima.

LACERTA Amboinenſis altera, fœmina. *Seba* ib. n. 3. Quod in hac et præcedenti occurrit artificium verbis deſcribi nequit; inſpiciendæ figuræ.

LACERTA de Taletec, minor innocua; in N. Hiſp. Tamacolin dicta. *Seba* p. 151. t. 97. n. 1. A capite ad finem caudæ ſupra dorſum tænia lata nigricans; utrinque binis tæniolis flavis, uſque ad caudam, reliquo trunco cæruleo et fuſco.

LACERTA Braſil. Quetzpaleo, cauda annulata et ſpinoſa. *Seba* p. 152. t. 97. n. 4. Truncus ſquamis æqualibus, dilute griſeis minutis, collari nigro, cauda in apicem deſinens tenuiſſimum, ſquamis latis ſpinoſis munita.

LACERTA Mexicana Cutezpaliin, innocua, elegantiſſima *Seba* ibid. n. 5.

LACERTA Braſil. Taraguico Aycuraba; cauda longiore, colore hepatico, minutis ſquamulis quadratis, eminentibus maculis diſperſis, margaritarum æmulis et quaſi roſularum racematim coacervatis, ore dentibus pleno, tamen innocua. *Seba* p. 154. t. 98. n. 3.

LACERTA Teyuguacu Ceylonica, altera, ſuperne ſpadicea, maculis albis oculatis tranſverſim per dorſum diſpoſitis; capite ex cinereo dilutiore et ſaturatiore; extremum caudæ vinculis latis fuſcis *Seba* p. 155. t. 99. n. 2.

LACERTA ſaturate ruffa, albiſſimis maculis variegata, lepidum animalculum, *Seba* p. 157. t. 100. n. 3.

LACERTA Ceylonica, major, mas; *Seba* p. 165. t. 105. n. 1. a latere poſita, ut teſticuli appareant, raro enim extus, ſed plerumque intus in abdomine habent Lacerti. Dorſum ex ſaturate ſpadiceo et albo variegatum, venter ex ruffo luteus, oblongas et minutas ſquamulas tæniarum inſtar ordinatas, variegatione ex albo in cinereo luteum tendente, diſtinctas exhibet.

LACERTA Ceylon. femella, ovula ſua monſtrans. *Seba* p. 166. t. 105. n. 2.

LACERTA parva, lepida, Ceylonica; Ex luteo dilute viridis, maculis ſaturate ſpadiceis, *Seba* p. 172. t. 109. n. 2.

LACER-

LACERTVS Americanus, ſingularis, Mas; Squamulæ tenues, ſaturate virides, punctis oblongis et rotundis nigricantibus, aliisque ocellis quaſi albicantibus interſperſis, per ſeries. Cauda longiſſima et tenuiſſime terminata. *Seba* p. 174. t. 110. n. 4: fœmina n. 5. LACERTVS.

LACERTA duplicem pectinem in capite habens, tenuesque albas tænias duas a capite ad caudam uſque gracilem; corpore luteo, rubris lemniſcis transverſalibus per dorſum et pedes. *Seba* p. 116. t. 72. n. 5.

LACERTA longicauda, per dorſum ſaturate viridis, ruffis flammis marmoris inſtar; reliquum corpus ſuper diluta viriditate, rubellis maculis. *Seba* p. 119. t. 75. n. 2.

LACERTA Virginiana, de Taletec dicta, ex cinereo griſea, ſupra dorſum ex ruffo et albo variegata, cauda longa tæniis veluti annulata. *Seba* p. 121. t. 76. n. 2.

LACERTVS viridis, Carolinenſis. *Catesby* II. p. 65. quinque uncias longus; colorem mutat; diebus calidis dilute viridis vel herbaceus; ſi tempeſtas frigida fuſcus.

LACERTVS viridis, Jamaicenſis; *Catesby* p. 66. Sex digitos longus; Ils enflent leur goſier, comme une boule, en le rempliſſant de vent, et alors ils paroiſſent d'un rouge vif.

LACERTVS cauda cærulea; *Catesby* p. 67. Sex uncias longus; capite brevi; corpore ruffo, quinque tæniis flavis a roſtro ad caudam uſque decurrentibus; Virginienſis et Carolinenſis.

LACERTVS griſeus, *Catesby* p. 68; 5 aut 6″ longus, colore griſeo dilutiore varius (73).

(73) Plures Lacertos vel et eosdem quosdam ex recenſitis vid. *Merian.* metam. Inſ. tab. 70 - *Slaone* It. Jam. II. p. 332. ibique alios -- *Jacob.* p. 9. ibidemque autores; *Jonſton.* et multos peregrinatores.

LACERTVS volans; ſive Dracunculus alatus, *Belon.* S. O. II. c. 70. qui bipedem pinxit - *Bont.* p. 59. *Raj.* Syn. p. 275 - *Grimmii* (74) - *Vincent.* Muſ. p. 342. *Seba* I. t. 87. n. 3. et II. p. 92. t. 86. n. 3. Conf. Commentatiunculam noſtram de Sciuro volante.

(74) *Eph. Germ.* anno XII: Hæc in arborum fruticumque ramis vitam conſervat ſuam, veſcitur muſcis & papilionibus, aliisque inſectis minoribus, nec hominibus nec animalibus unquam noxia. An Draco vel ſerpens alius *Geſneri*?

LACERTVLAE binæ, Zeylonicæ, Mas et Fœmina, quarum ovula piſi magnitudinem haud exſuperant. *Seba* II. p. 4. t. 2. n. 9.

LACERTVS. LACERTVLAE indigenæ, virides. *Seba* ib. p. 6. t. 4. n. 4. 5.

LACERTA Amboinenſis, tæniolis fimbriata. Dorſum funiculis cæruleis et nigricantibus quaſi lineatum; ventre dilute cæruleſcente, punctis nigris vario. *Seba* II. p. 11. t. 9. n. 5.

LACERTA Africana, lutei coloris, punctis nigris diſtincta *Seba* p. 15. t. 12. n. 6.

LACERTA Mexicana; *Seba* p. 31. t. 30. n. 2. ex nigro et albo marmoris inſtar variegata.

LACERTA Ceylonica, maculis albis et nigris notata in ſquamulis valde tenuibus. *Seba* p. 32. t. 32. n. 3.

LACERTA Ceylonica, minor, lemniſcata; pulchella atris, albisque notata tæniolis. *Seba* p. 43. t. 41. n. 6.

LACERTA eximia, Ceylonica, tigridis inſtar maculata; innoxia; *Seba.* p. 50. t. 49. n. 2.

LACERTA Africana, ſubruffa. *Seba* p. 63. t. 63. n. 4. tæniam habet latam, fimbriatam ſupra dorſum.

LACERTA Americana, jucunde maculata ſeu oculata. *Seba* p. 69. t. 68. n. 2. per fundum cinereo griſea, ex rubro diluto, fuſco, nigro et albo varia.

LACERTA minor, maculata, indigena. *Seba* p. 84. t. 79. n. 5. ſquamulis ex fuſco purpureis, quas nigro fuſcæ ornant maculæ. Per totos ſex menſes in lagena vacua conſervavit beſtiolam *autor*; tantam inediam tolerare poſſunt Lacertæ.

LACERTVS Americanus, amphibius, Tupinambis dictus; *Seba* II. p. 91. t. 86. n. 1. ex illis, qui Sauvegarde nomine appellantur; nam pro vera hiſtoria venditatur, quod amphibium hocce Crocodilum prorumpentem audiens et videns, vehementem edat ejulatum, quo percepto homines ocyſſime ſecuritati ſuæ proſpiciant; unde Sauvegarde, Servator hominum. Atrofuſcus, tenuibus et candicantibus tæniis maculisque variegatus.

LACERTA ſtrumoſa, Americana, Mas; *Seba* p. 110. t. 103. n. 3. Ex S. Jago de Chili, ſub maxilla inferiore ſtrumam gerens; thalaſſino virore ex rubro guttato, in vertice bina tubera. Cauda plures quaſi ramulos laterales emittit. Foemina n. 4.

LACERTVS Tejuguacu, oculeus, ſeu Saurus dictus; Ceylonicus Mas, *Seba* p. III. t. 105. n. I. Defenſor littoris maris, congener illis, qui Sauvegardes vocantur; hic princeps omnium. Propter eximiam veſtem. LACERTVS.

LACERTA cæruleſcens, ex albo maculata; Javenſis. *Seba* ib. n. 2. maculis raris, utrinque ad ventris latera, femora poſtica atque caudam. Muribus inhiare atque veſci dicitur.

LACERTVS cervice pedibusque viridibus, dorſo fuſco retiformi, ad latera pluribus maculis cæruleis ovatis, circulis nigris. The longe green and ſpotted Lizard *Edw.* 202.

LACERTVS gula rubra, dorſo flavo, ventre cæruleo maculato, cauda duplicata furcata, mit einem Gabel-Schwanz. The great ſpotted Lizard with a forked Tail. *Edw.* 203.

§. LII.

Dorſo Pectinato.

LACERTA tigrina, pectinata, Aſcalabos dicta. *Seba* I. p. 157. t. 100. n. 2.

LACERTA Linguana Senembi, in nova Hiſp. Tamacolin dicta; pectinata et ſtrumoſa. *Seba* I. p. 152. t. 97. n. 3. ex ſubfuſcis et ſaturate ſpadiceo, inſtar undulati textilis, (moor), variegata; vertice elatiore; pectines rigidi in cervice majores; ſub meatu auditorio verruca. Struma longa, pendula.

LACERTA Leguana, pectinata et ſtrumoſa, Aſiatica; obſcure griſea; pectine longo ad apicem fere caudæ. *Seba* p. 151. t. 96. n. 4.

LACERTA Liguana, dentata et ſtrumoſa; Supine obſcure griſea, ventre, cruribus, cauda ſaturate cæruleis; tota dorſi ſpina dentata; denticulis brevibus. *Seba* p. 151. t. 96. n. 5.

LACERTVS Americanus, pectinatus et ſtrumoſus, Leguana ſeu Iguana dictus; Superna corporis parte nigro-fuſcus, albis et nigricantibus maculis; dorſi, caudæ, ſtrumæque pecten coloris dilute cærulei; femora, pedes et digiti ſubfuſci; cauda longiſſima. *Seba* p. 149. t. 95. n. I.

LACERTA ſeu Leguana Surinamenſis pectinata et ſtrumoſa, cærulea; *Seba* ibid. n. 2. pectine ſupra caudam in minutos abeunte denticulos; dorſum et ventris latera ex cyaneo et ſubfuſco varia; collum maculis nigricantibus; cauda longa, dilute cærulea.

LACERTVS. LACERTVS Ceylonicus, amphibius ſeu Leguana, Soa Ager, i. e. Leguana aquatica dicta; *Seba* ibid. n. 3. vocantur Leguanæ ab Europæis Kemphanen, propter pectines, quaſi eſſent plumoſæ ut gallinacei. Caput breve et craſſum. Venter dilutiſſime cæruleſcit; qua reliqua corporis, totus ſaturate cæruleus. Fœmina ibid. n. 4.

LACERTA Arabica, verſicolor, Galeotes dicta; *Seba* p. 145. t. 93. n. 1. Superne ex ruffo et ſaturate luteo variegata; ventre cinereo-flavo; capite plano, dilute luteo. A cervice ad exitum caudæ erectus riget pecten. Galeotes, quod per domos, ut Catus, divagatur; araneos mureſque pro victu quærens.

LACERTA Ceylonica, lemniſcata et pectinata, cærulea, Kolotes et Aſcalabotes græcis dicta; aliis Ophiomachus, ſeu pugnatrix cærulea. *Seba* p. 146. t. 93. n. 2.

LACERTVS Ophiomachus, pectinatus et aculeatus; ſpecies Draconis Braſilienſis, *Seba* ib. n. 4. Criſta transverſim poſita criſpata. Supra cervicem, dorſum et caudam longæ pinnæ aculeatæ, quæ et caudam, ventrem, femora pedeſque muniunt.

LACERTA Orientalis, ſtellata, ſuper colore æris fuſco; Capite pedibusque dilutioris coloris; a capite ad caudæ exitum pecten flavus. *Seba* p. 145. t. 92. n. 2.

LACERTA Mexicana, ſtrumoſa, poſtica capitis parte parvum pectinem gerens; cærulea, maculis albis. *Seba* p. 140. t. 89. n. 1.

LACERTA Mexicana, ſtrumoſa, altera, ſaxicola, Tecoixin dicta. *Seba* p. 141. t. 89. n. 2.

LACERTVS Indicus, Senembi et Iguana dictus, *Raj.* Syn. p. 265. the Guana. Le Grand Lezard, ou Guannes; *Catesby* II. p. 64. virideſcens.

LACERTA heliaca, Americana, pectinata. *Seba* II. p. 169. t. 106. n. 2. Nomen: quod aureo luceat ad latera pigmento cauda longiſſima, caput Salamandræ terreſtris æmulum, lingua bifida.

LACERTA fuſca, nigris maculis, ex Gallæcia, *Sebæ* II. p. 79. t. 76. n. 5. In medio frontis ſquama magna, alia roſæ æmula. Supra oculos tubera bina; ſtruma parva.

§. LIII.

§. LIII.

Salamandrina.

B. LACERTA. Eydex. Lacertas Salamandrinas dicimus capitis figura linguaque craſſa, lata, carnoſa, Salamandris æmulas; trunco, pedibus caudaque Lacertorum; ova vera ponentes. LACERTA.

LACERTA Salamandrina, rara inſ. St. Euſtachii; dilute griſea, nubiloſis maculis nigricantibus ad caudæ uſque extremum, lineaque albicante dorſuali. *Seba* I. p. 139. t. 87. n. 6.

LACERTA Salamandrina. Salamandra Lacertæ æmula, Americana, cauda craſſa, nodoſa. *Seba* I. p. 146. t. 93. n. 3. Craſſa Salamandrarum lingua pollet; unde Lacertas inter et Salamandras ambigit.

LACERTUS Amboinenſis, pectinatus et ſtrumoſus, maximus. Rictus amplus fimbriatus. Maxillæ minutis acutiſque dentibus ſcatent. Lingua lata et craſſa, qualis Salamandrarum. *Seba* p. 153. t. 98. n. 1.

LACERTA Salamandrina. Ameira dicta, ex nova Hiſpania, ſpadicea, lineis nigricantibus ornata, cauda bifida *Seba* p. 154. t. 98. n. 2.

LACERTA Salamandrina; Salamandra Americana, poſteriore parte, pedibusque Lacertam referens, amphibia, Mas. *Seba* p. 169. t. 107. n. 1. Fœmina n. 2. hæc in cauda habet ſquamas majores, ſpinis horridas.

LACERTA, Salamandra Americana, Lacertæ æmula, altera. *Seba* ibid. n. 3. A latere cervicis acutæ ſpinæ ſtelliformes.

LACERTA Salamandrina. Salamandra prodigioſa, ſcutata, Amboinenſis. *Seba* p. 173. t. 109. n. 3. capitis poſtica pars, ut in Chamæleonte, binis cornubus acuminatis armatur. Oris apici craſſum inſidet tuber, eminentibus in ambitu tuberculis albidis ſtipatum. Oculi inſignes et circinati. Collum tumet. Dorſum pectinatum. Totum corpus dilute flavum, ex ſubcæruleo adumbratum, tuberculis albis guttatum.

LACERTA Salamandrina; Salamandra Mexicana, rarior, ſtrumoſa, *Seba* p. 21. t. 20. n. 4. rictu aperto; lingua craſſa brevi. Struma diverſa a ſtruma Iguanarum, roſei coloris; cauda Lacertæ æmula, ſubviridibus annulis ad uſque medium, altera parte ad apicem albeſcens.

LACERTA. LACERTA. Salamandra altera ſcutata, Amboinenſis; *Seba* ibid. n. 4. Caput hujus multo brevius, quam præcedentis, et ſcuto minore munitum. Collum craſſum et teres; auriculæ, quales Lacertarum, unde ad has accedere videtur, capite tamen et lingua brevi craſſaque Salamandram refert. Squamulæ, quæ non ſunt Salamandrarum tenues, et minutæ, ruffulæ ex albo quaſi obnebulatæ; a capite ad longam uſque caudam pectinata. Femora, pedes et digiti longa et gracilia ſunt, uti in Lacertis.

LACERTA Salamandrina, aculeata, promontorii Bonæ Spei, *Seba* II. p. 10. t. 8. n. 6. Quantumvis viſu injucundum hoc genus, homini tamen nequaquam nocet; ſquamis pungentibus.

LACERTA Tapayakin, ſive Lacerta orbicularis, minor, promontorii Bonæ Spei, *Seba* ibid. n. 7. Squamulis tenuibus; capite Salamandrino.

LACERTA Ceylonica, mire picta, cauda longa per dorſum caudamque tenuiter pectinata; *Seba* II. p. 17. t. 14. n. 4. rictu aperto, ut linguam luſtrare liceat.

§. LIV.

SALAMANDRA. C. SALAMANDRA. **Molch.** Σαλαμανδρα. **Salamander. Molle; Molch; Puntermaal.** Salamandra. Ital. Salamantegua, Salamanqueſa; Hiſp. Salmender, a Criret, Angl. A beaſt in figure like a Lyſarde; Indis Iekko. Capitis brevis, ventris et caudæ craſſitie, digitis brevibus rotundis, linguaque brevi et craſſa et pelle pingui. Salamandræ et quæ vocantur Iekko-Salamandræ maxime differunt a Lacertis. Salamandræ non perfecta pronunt ova, ſed pullos dimittunt vivos, ex omnium autorum recentiorum conſenſu; quod deſtruere annititur optimus *Seba* per ova Gekkonum excluſa, hos enim veras eſſe Salamandras ſtatuit; ovaque lanugine quadam ſuperinducta exhibet in tab. 108, et p. 172 hæc habet: „Iſthæc hoc loco oſtendimus corrigendi erroris gratia, quem hic autorum „plurimi commiſere; uti *Paulus Wurffbainius* in Salamandria Norimb. et „*Iacobæus* de Ranis ac Lacertis, dicentes Gekko-Salamandras, uti Viperas, viviparas eſſe. At certiora nos documenta edocuere, quod hæc „animantia ovula ſua, villis tecta, in loca ſole irradiata deponant, ut fotu quotidiano incumbentur.„ Cum tamen nemo hactenus dixerit, Gekkones viviparos eſſe; ſic meritiſſimus *Seba* ipſe in errore verſatus eſt, quod Gekkones per omnia ejuſdem naturæ crediderit eſſe cum Salamandris veris; hoc ne quidem obtinet in Sepe *F. Columnæ*, quæ pariter vivipara eſt; non enim

enim ova ipſa Salamandra vera in lucem ponit, ſed, prout Vipera, intra pelvim excludit fœtusque vivos ſucceſſive edit, vel ſecundum *Hon. Fabrum* lib. I. de gen. anim. Ova quidem perfecta concipit, verum ea in utero excludit, vel prout *Aldrovandus* difficultatem diſſolvit, ſi quis dixerit, Sepem ab oviparis eſſe ſeparandum, quod ſcilicet hoc animal, more aliorum oviparorum, in ventre ova generet, quamvis poſtmodum catuli, diſrupto putamine, ex alvo matris vivi erumpant. Salamandræ veræ tres novi differentias, cum totidem nimirum in Muſeo olim meo habuerim, præter alias terreſtres et aquaticas, quas, quod experientia juxta illarum generationes deficit, hac vice pro Pſeudo-Salamandris habeo (75). SALAMANDRA.

(75) Nam Lacertæ non ſunt; a quibus non ſolum fœditate et torpore, ſed quoque brevi capite, ventre et cauda craſſis vel latis, digitisque brevibus, imo et lingua brevi ac craſſa diſtinguuntur, quæ notæ evidentiſſimæ ſunt; Hinc eſt, quod autores Scincos, Cordylos, Sepes ad Salamandræ non ad Lacertæ genus traxerint, prout *Fuchſ.* lib. I. de comp. medic. de Scinco, quod terreſtrem Salamandram non paucioribus referat notis, quam aquatiles Teſtudines terreſtres repræſentant. Conf. *Lang.* lib. I. epiſt. med. 66.

Salamandra terreſtris vel ſaxatilis vera; nigra, Indiæ Orientalis, maculis pluribus intenſe aurantiis variegata. Salamandra terreſtris, vera, maculis luteis diſtincta *Aldrov. Wurffb.* Salamandr. tab. I. lit. D. et t. II. n. 2. *Rajus* et plures.

Salamandra vera, Americana, major, ex cinere ſaturate nigra, maculis ſtraminei coloris varia; Maboya *Labati* de l'Amer. I. p. 325. Twee ſchoone Salamanders met ſwart en hoog geel gevlamt. *Vincent.*

Salamandra vera Quedlinburgenſis, Hercyniæ cum 14 pullis, Fœmina, quarum una cum Mare Dn. *Andreas Michael Müllerus* Quedlinburgo ad me miſit; ad Salamandram Orientalem pictura et coloribus proxime accedens. Ex cujus litteris: *Quedlinburgi d. 24 Apr. 1725.* „Perſecutio Salamandrarum heſternam conſumpſit diem, quod frigida hac „tempeſtate animalcula illa in cryptis ſe contineant; tandem circa veſpe„ram ſolis calore evocata major ad pedes Hercyniæ, minor prope rudera „antiqui fortalitii montani, olim Lauenburgum dicti, apprehenſæ et ad „me delatæ ſunt. Feſtive videre licuit, qua ratione fœmina capta prægnans, „intraque phialam clauſa et in itinere pullos enixa geſticulatorios ſaltus fa„cientes pedibus ſuis juxta ſe collegerit, iisdemque incubuerit, donec ſpiri„tus vini affuſus omnes vita privavit; mitto itaque Genitores cum pullis.„ Salamandra maculata noſtras *Seba* II. p. 15. t. 12. n. 5. Europæa.

Sala-

SALAMANDRA. SALAMANDRA amphibia, Salamandra aquatica minor, Salamandra aquatica atra et cælata *Aldrovandi.* Salamandra aquatica *Matthioli;* Salamandra admodum monſtroſa *Grevini;* Salamandra *Hoffmanni*, quæ eadem videtur cum Salamandra aquatica minore *Beſleri;* Salamandra aquatica *Altorſſina;* Salamandra aquatica, ſive Batrachon vera. Videſis autores et *Wurffbainium.*

SALAMANDRA minima, fuſca, maculis albis notata, *Sloane* It. Iam. II. p. 334. t. 273. fig. 7. 8. Mabouga de *du Tertre* p. 315. *Rochefort.* p. 147.

SALAMANDRA aquatica, Americana, *Seba* p. 141. t. 89. n. 4 et 5 Mas et Fœmina; Salamandra Ceylonica, minor, prona aquatica *Sebæ* II. p. 15. t. 12. n. 7. rubicundo et nigro colore ad latera variegata; cauda verticaliter lata, oblique e corpore porrecta, remum æmulatur, quo ſe in aquis promovet animal. Venter teres tumeſcit; ſuperne ſaturate ſpadicea per tenues ſquamulas ex nigro maculatur; ſubtus diluta flavedo, maculis ſubruffis. Lingua curta, craſſa.

GEKKO. D. GEKKO. Geck. Squamulis cutaneis; pedibus altioribus præ Salamandra, pentadactylis, qui omnes latis et rotundis extremis, e quibus ungues prodeunt, terminantur. Auriculæ oblongo foramine hiant in capite; fimbriatis labiis linguam latam et longam plurimosque denticulos recondit. Gekkonis internas partes vide apud *Sebam* II. p. 125 ſqq. t. 110. fig. 2.

GEKKO Ceylonicus. Salamandra vera, ſeu Gekko Ceylonicus maximus, brevi cauda, amphibius, *Seba* I. p. 170. t. 108. n. 1. Ex ruffo cinereus, protuberantibus colliculis ſaturate ſpadiceis, quos inter maculæ regnant albicantes; roſtro obtuſo, naribus amplis; venter dilute griſeus, minutis ſquamulis orbicularibus tectus. Cauda craſſa, brevi et obtuſa, tuberculis margariticis aſpera.

GEKKO, Ceylonicus, cauda circinata, *Seba* ibid. p. 171. n. 2. Priori ſimilis; ſed cauda elongata et acuminata reliquis fere omnibus communi, annulis, quaſi totidem articulis, circulata.

GEKKO, cauda veluti pinnis obſita; ſtellatus. Salamandra aquatica, ex Arabia; ſeu Salamandra-Cordylus, Ægyptiaca. *Seba* II. p. 109. t. 103. n. 2. propius ad Gekko-Salamandras. Lingua craſſa, lata in ore hæret, minutis dentibus plurimis armato; vid. fig. et deſcriptionem. Similem Salamandram aquaticam nigram, ſed cauda diverſam habet *Feuillée* in Diar. Botan.

Botan. T. I. p. 319. digitis quinis, omnibus membrana conjunctis, vide deſcriptionem et figuram. GEKKO.

Gekko aſpera cute, Lacertus facetanus, Tarantula quibusdam, aſpera cute; *Aldrov.*

Præterea *autor* ſeptem in eadem tabula exhibet differentias.

E. CORDYLVS. Brenn-Neſſel. Cordylvs *Raj.* Uromaſtix *aliis.* Cauda inprimis ſquamis ſpinoſis, erectis horrida; facie Salamandræ; pentadactylus. CORDYLVS.

Cordylvs Africanus, cæruleus. Lacerta Africana, cauda ſpinoſa; Mas et Fœmina, *Seba* I. p. 136. t. 84. n. 3. 4. Maſculus cauda ſpinoſa, capite Salamandram terreſtrem referens; lingua craſſa brevi; ſupini corporis pedumque ſquamæ dilute cærulei coloris, laterales ſaturatioris, quaſi plumbei. Caudam ab extremo trunci diſpeſcunt ſquamæ longæ acuminatæ, annulatim et ſerratim per articulos inter ſe junctæ.

Cordylvs cauda bifurcata. Salamandra Americana, cauda bifida. Lacertæ ſpecies ſpuria, *Seba* I. p. 173. t. 109. n. 5. Squamæ inſignes; dorſum ex ſaturate flavo et nigro maculatum. Frontem ſquamæ majores, dilute flavæ ornant; cauda bifida, ſquamoſa.

Cordylvs ſubfuſcus, *Raj.* Syn. p. 263.

F. SCINCVS. Scinc. Crocodilus terreſtris *Dioſcor.* Crocodilus minor, *Bellon.* perperam dictus. *Rhaſis* Scincum deſcribit ſimilem Lacertæ, cauda non rotunda, ſed circa latera compreſſa; potius eſt Salamandra aquatica, qua non ſine humanæ vitæ diſcrimine uſi aliquando ſunt Seplaſiarii; legitimus Scincus magna antidota ingreditur, coloris flaveſcentis, ſquamulis lucidis; cauda lente decreſcente. SCINCVS.

Scincvs Ægyptiacus, Arabicus. Scincus major *Beſleri.* Decem vix pollices longus; pentadactylus, digitis brevibus, unguiculis nullis. Squamis fuſcis gryſeo argenteis; mandibula ſuperior inferiore longior. Cauda rotunda, craſſa, in exitu tenui, brevi. Remedium aphrodiſiacum; in pharmacopoliis notus; Ex Italia ſale et abſynthio pontico conditus tranſmittitur. Vide *Olear.* G. Kunſtk. t. VIII.

Scincvs maritimus, maximus. Lacerta maritima, maxima, ſive Crocodilus ex Arabia, *Seba* II. p. 112. t. 105. n. 3. Lacerta Cyprius Scindoides; *Aldrov.* p. 660. Lato dorſo, ſquamis ſex angularibus; ſuperne ex

SCINCVS. ruffo flaveſcens. A naſo ad caudam uſque flaveſcens producitur linea; cauda longiore. Squamæ ventris dilute cinereæ.

SCINCVS maximus, fuſcus, *Sloane* It. Iam. II. p. 334. t. 273. fig. 9. Mabouya ou Scinc de terre de *du Tertre* p. 314. Brochets de terre *Rochef.* p. 149. Cuciz Peruanis et Chilenſibus, *Feuillée* p. 744.

SEPS. G. SEPS. Kurzbein. Schleicher. *Plinius* Sepam nominat Scolopendram pecorum pedibus infeſtam, et *Hippocrati* tuberculi peſtilentis nomen eſt; unde nomen transfuſum in animalculum, quod, demptis pedibus quaternis, Viperæ faciem cominus habet, viviparum prout Vipera et Salamandra, pro venenoſo reputatum, omnia enim ſive reptilia, ſive ſerpentia, quæ vivos enituntur catulos, maxime venenoſa dicuntur; inprimis Seps vi vocis ſeptica virtute ſua infeſtata loca carnoſa putrefacere perhibetur. Sepedon et Seps *Severino*, Vip. pyth. et *Grevino*, de Venenis. Synonyma ſunt, et Serpentis ſimilis Hæmorrhoc, et Lacertæ Chalcidicæ. Paſſim enim Sepis nomine indigitatur Chalcis, vel Lacerta Chalcidica, a Chalco vel Ære, quoniam dorſum æreis inſignitur lineis:

Æris habet Chalcis ſqualentia terga colore.

Imperatus ejusdem ſub Cæciliæ vulgaris nomine meminit; *Ariſtoteles* vero Cæciliæ coloris eſſe ſcribit; et licet ſit pedata, anguinum tamen ejus corpus a capite ad extremitatem uſque caudæ longiſſimæ videtur. *Grevinus* Sepam pallidam, non æream, eſſe dixit. *Scaligero* Putria audit; vid. *Vincent.* tweede Deel van het Wondertoneel der Natuur, p. 185: Seps de Verrotter. Plurimi autores confundunt Anguem, Seps vocatam, cum Lacerta Chalcidica, quæ pedata eſt; Conferatur Vermis ſerpentiformis ſpecies ſingularis, ex Africa, *Seba* II. p. 70. t. 68. n. 7. pronus et ſupinus, inter Serpentes, Anguillas et Vermes ambigens; capiti ſuperius binæ adhærent pinnæ, totidemque circa anum. Addit autor: Eos ab imperitis pro Serpentibus, pedibus inſtructis haberi, quid juvat commemoraſſe? Ipſe *F. Columna* Chalcidicam pro Viperæ ſpecie habet, fultus autoritate *Nicandri;* cujus Interpres addit: „Seps ſimilis eſt Lacertæ, et dicitur etiam Chalchis. „Habet autem in dorſo æreas lineas, eſt autem octo palmorum. Seps „appellatur, quia putrida reddit vulnera. Oritur in Syria et Libya et Cy„pro, et in petris degit.„ Conferatur *Grevinus* p. 74. qui p. 115 longe aliter figuravit Sepam Lacertæ ſpeciem. Conf. *Santis Ardoyni* opus de Venenis p. 362; qui de Salamandra, quod non ſit Stellio, ſed Serpens Stellioni ſeu Lacertæ ſimilis, p. 365. Mira de Lacertis, lib. 6. c. 26. p. 366.

SEPS

Seps *Fab. Columnæ.* Lacerta Chalcidica, vel Chalcides, *ejusd.* Chalcis, *Plin.* Lib. 32. c. 3. Non æreis maculis, ſed tota æreo colore eſſe *Columna* vidit, et præter Lacertæ ſimilitudinem, Vipeream naturam, quod vivipara eſt, et ſimilitudinem proponit; pedibus admodum exiguis; duorum pedum longa a capite ad caudæ uſque extremitatem ſemper decreſcens, nec ut in Vipera elato dorſo, veluti nervulo, decurrente, nec nigris maculis, ſed æquali colore æreo non ſplendido viſa. Falluntur, qui Sepam eſſe putant Lacertæ ſpeciem. Vidi in Muſeo amplis theſauris rerum naturalium conferto D. *Io. Phil. Breynii* animalcula puſilla bina, quæ ſimilitudinem habent Lacertæ Chalcidicæ *F. Col.* colore autem diſſimilia ſunt; alterum integrum pallide album, alterum unica, ni fallor, tænia anguſta, æreo-fuſca ſuper dorſo diſtinctum, pedibus anticis prope caput breviſſimis, poſticis ad anum, inter omnia quadrupedia longiſſime ſepoſitum, locatis. Puſilla corpora inſpectionem in rictum anguſtum vetabant, violenta autem manu aperuiſſe ora, ipſis noxæ fuiſſet. Forte ſunt Sepæ *Grevini* pallidæ, de quibus ſupra. Figuras et gradientis animalis greſſibus flexuoſis et erecti vid. apud *Aldrovandum.* SEPS.

§. LV.

H. CHAMÆLEO. Cameleon. Habitu corporis ac ſi inconcinno, dorſo ac ventre arcuatis; corona capitis trigona ex oſſe duro; ingluvie ſerrata, crura altiora præ Crocodilis et Iguanis pro ratione corporis; digitis quinque, quorum duo ita diſpoſiti, ac ſi duos conſtituant pollices. De Nomenclatura, an ſit parvus Leo? autores in diverſas abeunt partes; nomen ſervamus, ne animalculum in dubium ponamus; oviparum. Lingua craſſa et longiſſima exſerta, glutine extremitati adhærente, muſcas venatur; recte *Belon.* que pluſieurs ayent mal penſé, que les Chameleons vêcuſſent du ſeul vent, ſans rien manger. CHAMÆLEO.

Chamæleo *Pariſienſium.* Ægyptiacus. Spina dorſi tuberoſa. Similis Chamæleoni Orientali ex Amboina, *Seba* I. p. 133. t. 82. n. 2. In hoc mitra ſeu corona capitis ſpeciem refert cucullarum, quas appellat autor, quibus fœminæ piſcariæ priſci ævi uti ſolebant, non multum extuberans, ſed applanata, oculi annulo cincti, grandes, rotam currus radiatam referunt. Corpus ex cinereo ſaturate griſeum.

Chamæleo Mexicanus, ſeu Cuapapalcatl, *Seba* p. 132. t. 82. n. 1. Capitis anguloſa latera tuberculis in omni ambitu, margaritarum inſtar, extantibus fimbriata, per totam frontem et naſum quoque conſpicuis. Ingluvies

CHAMÆLEO gluvies et integra corporis pars inferna denticulata. Saturate cinereo-griſeus.

CHAMÆLEO Ceylonicus, ſubcrocei coloris, *Seba* ib. n. 3. Mitra inſignibus et prominulis veſtitur ſquamis; longam porrigens linguam, apice obtuſiore, quam in aliis. Sunt autem fauces omnibus valde patulæ, inque has totam linguam retro trahere, rurſusque evibrare poſſunt. Inferne a maxilla inferiore minutim denticulatus. Hiſce ſubjunxit autor pullos Amboinenſes Marem et Fœminam, nec non ſceleton Chamæleontis, n. 4. 5. 6.

CHAMÆLEO Africanus, nigricans, pectine albo per dorſum ad uſque finem caudæ; inter maximos. Lingua exſerta bubulinam inverſam refert. Quinis digitis, quorum prior cum pollice, tresque poſteriores inter ſe concrevere mutuo, laneis ruſticorum manicis haud abſimiles. Unguiculi liberrimi, *Seba* p. 134. t. 33. n. 4.

CHAMÆLEO promontorii Bonæ Spei, cæruleo alboque colore marmoris inſtar varius. *Seba* p. 135. t. 83. n. 5. Corona plana in limbos elevata dentatos, oblonga, ab oris apice ad cervicem uſque protenſa, inque plicam deſinens, quaſi ſit collare.

CHAMAELEO larvatus. Draco arboreus volans, Americanus; amphibius, ſive Baſiliſcus. *Seba* I. p. 156. t. 100. n. 1. cucullam quaſi monachorum in poſtica capitis parte gerens. Videretur Percæ pinna dorſualis, oſſiculis erecta, ut vel natans, vel per arbores ſaltans pinna ad ſcindendum aquam vel aërem uti poſſit. Lingua brevis et craſſa, prout Salamandris. Supra palpebras duo annuli dimidiati, oſſei, albicantes. Pedes Lacertæ, poſteriores longiſſimi. Rarum animal, cujus iconem nativam prorſus formam exprimere *autor* ſpopondit, culpans *Jonſtonum*, quod mutuatas tradiderit varias delineationes, unde non mirum, tot commiſſos eſſe errores circa hujus quam aliorum animalium deſcriptiones. Licentioſi quippe ſunt pictores, cælatores, chalcoglyphi et id genus hominum, ac pro arbitrio hæc vel illa rerum ſimulacra fingunt et pingunt. Sed quid de ſolenniſſimis literatorum falſiloquiis dicendum? nauſeabundis ingenio vigentibus, inquit *Wurffbainius*. *Franciſcus Redi*, de Viperis, ſapienter judicavit: „quam multi ſcriptores tam antiqui quam moderni imi-„tantur oviculas illas, de quibus divinus noſter Poëta *Petrarcha :*

„*Come le pecorelle eſcon dal chiuſo*
„*Ad una, a due, a tre, e l' altre ſtanno*

„ *Timi-*

„Timidette, atterrando l' occhio, el muſo,
„E ciò che fa la prima, e l' altro fanno,
„Addoſſandoſi a lei, s'ella s'arreſta,
„Semplici e chete, e lo imper che non ſanno.„

CHAMAELEO albus, Muſei olim noſtri, ad latera umbratilis. CHAMAELEO.

§. LVI.

J. BATRACHVS, Qvacker. BATRACHVS, βατραχος græcis Rana audit βρεχετος; Utamur græco nomine ad denominandum genus Ranæ et Bufonis; Bufo ſive Rana venenoſa φρυνος vocatur, Rubeta quod inter rubos verſetur. Notiſſima ſunt animantia, partim terreſtria, partim aquatica; me judice, Ranæ et Bufones terreſtres nec aquoſa vel paludoſa adeo averſantur loca, ut mere terreſtria dicenda. BATRACHORVM differentias in eo ponimus, quod Ranæ quæcunque 1) abdomen habeant tenue et caſtigatum, præ anteriore trunci parte verſus caput, vel præ thorace; illudque excipiant crura gracilia, Bufones vero habent truncum æqualiter fere amplum, et inertia crura; 2) Ranarum capita productiora præ capitibus Bufonum, 3) Ranæ poſterioribus pedibus, prout Canes, inſidere ſoleant, Bufones communiter ventre terram premant; quæ differentiarum notæ ſtatim in oculos cadunt, viſis alterutris ejusmodi animantium. Pedes Batrachorum antici tetradactyli, poſtici communiter pendactyli. Vivaciſſimæ ſunt Ranæ; torpentes Bufones. BATRACHVS.

1. RANA. Froſch. A Frog, vulgaris; herbacea; arborea, viridis; terreſtres et aquaticæ. De generatione Ranarum vid. *Swammerdam*, *R. Waller*, Tranſ. angl. No. 193; *Needhamum*, *Entium* aliosque, inprimis *Roeſelii*, quæ nunc per partes publicatur, Hiſtoriam naturalem Ranarum abunde ſufficientem. Et noſtratium et exterarum pedes poſteriores digitos habent membrana conjunctos, vel parumper. RANA.

RANA Americana veſicaria, quod ad maxillam inferiorem utrinque habet veſicam, inſtar tibiæ utricularis, quas ferventibus æſtatis diebus aëre replet; poſt ſolis occaſum conſuetum melos ſuum coaxat. Reperiuntur et apud nos Ranæ ejusmodi utriculis donatæ. Hæc dilute lutea, rubris diſtincta maculis; unguibus latis, Cochleariæ foliis ſimilibus. *Seba* p. 113. t. 71. n. 1. Fœmina. Mas n. 2.

RANA. RANA Surinamenſis; utriculis carens. Pictura dilute flava, ex ruffo quaſi obumbrata. Victitat, quod mirum, Ranulis junioribus; *Autor* propria manu e ventre extraxit Ranulas. *Seba* p. 114. t. 71. n. 3.

RANA Surinamenſis, marmorata, minor; ex cinereo-luteo et dilute rubello varia. *Seba* ibid. n. 4. Alia Surinam. maculis aſperſis; *Seba* II. p. 73. t. 70. n. 4.

RANA Virginiana, exquiſitiſſima; *Seba* p. 115. t. 72. n. 3. Ruffula, aliisque coloribus picta et miro artificio variegata, maculisque ſupra et infra diſtincta. Ungues antici et poſtici membrana conjuncti; qua anticos raro exemplo; ultimis articulis rotundis.

RANA Virginiana, altera. Ibid. n. 4. per dorſum ex cinereo dilute griſeum coloribus et maculis variis. Ungues pedum omnium liberi, nullis connexi ligamentis; iterum raro exemplo qua poſticos.

RANA Braſilienſis, orbicularis, Pipæ ſpecies. *Seba* p. 117. t. 74. n. 1. Ex ruffo cinereus, extuberantibus verruculis ſeu puſtulis luteis, quibus pedes poſteriores et ſcapulæ obſiti. Caput reſpectu totius ſat grande. Bufonum præ ſe fert ſpeciem; ſed inſtar vulgarium Ranarum ſuam multiplicat ſpeciem.

RANA maxima Virginiana; eximia, rara, fœmina, *Seba* p. 119. t. 75. n. 1. Ex Penſylvania, per corpus dilute cinereum eleganter picta. Supra dorſum lata tænia, magnis parvisque maculis ſubrufis tenuibusque venulis ſubflavis, variegata, quæ pictura per totum corpus obtinet. Utrinque ad latus tæniæ dorſalis lineolæ albæ quaſi fimbriam faciunt, corporisque ſuperni latera maculæ circulares variæ ornant. Venter totus candicat. Femora lemniſcis ſuccinguntur. Pedes omnes in quatuor abeunt digitos unumque pollicem, raro denuo exemplo; ſub quibus ſingulis, excreſcentiæ verrucoſæ, pro quolibet articulo; quæ in nulla alia ſpecie reperiuntur.

RANA Virginiana, ſubgriſea, dilutis lineis, rubrisque maculis; Crura et pedes remiſſe flaveſcunt. *Seba* p. 120. t. 75. n. 4.

RANA marina, Americana, rara, Mas; *Seba* p. 120. t. 76. n. 1. Prodigioſæ magnitudinis, quæ parem non habet; pedibus extenſis longitudine dimidium cubitum excedit. Corpus præter caput verrucoſum. Supra pedes anteriores utrinque ſcutum cernitur, alam fere naviculæ referens; pedes antici quatuor digitis, quorum extremi latis unguibus muniti; prout et poſtici pendactyli.

Tabu-

Tabula 78. *Autor* Transmutationes ranarum Europæarum, tum et generationem et transmutationem Aſiaticarum, denique transmutationem Americanarum Ranarum in piſces, exhibet; Ultimus ſtatus eſt Ranæ in piſcem perfectum transmutatæ, ubi duplices pinnæ ordine digeſtæ locum pedum ſupplent, et per dorſum pariter ac ſubtus juxta ventrem anguſtus margo pinnatus protenditur, corpore in caudam quoque pinnatam, proportionalem toti, deſinente. Hi piſces Surinami Jakjes vocati in deliciis ſunt et in fluminibus Kommewyne, Kottica aliisque capiuntur; mediocrem barbulam magnitudine adæquant. Color cinereo-griſeus, ex albo variegatus; Utrinque juxta corpus a capite ad caudam gemina ſerie oſſiculorum cartilagineorum inſtructus piſcis. RANA.

RANA terreſtris Virginiana et Carolinenſis, *Catesby* p. 69. The Land-Frog; Grenouille de terre. Corpore griſeo, obſcuro, fuſco, vario. Notanda hiſtoria hujus Ranæ, verbis autoris: Etant un jour hors de la maiſon avec pluſieurs perſonnes, un de la compagnie laiſſa tomber de ſa pipe un peu de tabac brulant, qui fut d'abord attrapé et avalé par une grenouille de cette eſpece; cela nous donna l' idée de lui preſenter un charbon de bois bien allumé, gros comme le bout de mon doigt, qu' elle avala auſſi avec avidité. Je m'imagine, addit autor, qu'elles prennent ces charbons pour des Vers luiſants, que l'on voit en grand nombre pendant les nuits chaudes. Hanc Ranam rectius pro Bufone habendam eſſe, forma corporis commendat; Ipſe *autor*: Leurs corps ſont gros et reſſemblent plus à un Crapeau qu' à une Grenouille, cependant elles ne rampent pas comme les Crapeaux, mais elles ſautent; verum neſcio quid obſtaret, ne Bufones facultatem haberent ſaltandi, prout ſaltant Ranæ.

RANA aquatica, *Catesbeji* p. 70. The water Frog. Grenouille d'Eau. Saturate viridis, maculis nigris varia; in dorſo binis tæniis, ad crura decurrentibus, flavis; ab oculis ad nares duæ lineæ albæ; capite in roſtrum acutum exeunte.

RANA arborea viridis. The green Tree Frog. Grenouille d'arbre, verte. *Catesby* p. 71. Ad latera utrinque tænia dilute lutea; oculis nigris, iride lutea. Pedes antici tetradactyli et poſtici pendactyli, extremos digitos rotundos habent carnoſos et convexo concavos; noctu continuo coaxant: tchit, tchit, tchit, tchit. Rana arborea maxima fuſci coloris, *Sloane* It. Jam. II. 331.

RANA. RANA Braſilienſis, gracilis; macilenta, ſtrigoſa, junceis pedibus, coloris ex auro flaveſcentis, rara per dorſum rubedine. *Seba* p. 117. t. 73. n. 3.

RANA Lemnia, Lemniæ Serpenti, Laphiati dictæ, in pabulum cedit. *Seba*-II, p. 16. t. 13. n. 2.

RANA maculoſa, Africana, amphibia *Seba* p. 37. t. 37. n. 4. Cute ſaturate viridi, colore dilute fuſco, albaque per dorſum linea diſtincta, inſuper maculata; venter albicans nigris notatur punctis.

RANA maxima, Americana, aquatica. The Bull Frog. Grenouille mugiſſante; *Catesby* p. 72. Colore ſaturate fuſco; crebris maculis obſcurioribus; mixto ex luteo-viridi; oculis brunis, iride flava; ſub oculis auriculæ circulares, tenui membrana tectæ.

RANA Americana, ex fuſco marmorata; circa humeros protuberantiæ apparent; pedes poſteriores prælongi, ſuperne maculoſi, inferne, prout venter, albi. Caput magnum, oculi admodum extantes; digiti rotundatis unguibus muniti, ferulæ magiſtralis inſtar. *Vincent.* in deſcr. Buf. p. 53. n. 22. Apud quem variæ inſuper deſcriptæ Ranæ orientales et occidentales.

§. LVII.

BVFO. 2. BVFO. Kröte. BVFO Braſilienſis, margaritis veluti conſperſus; Aquaqua dictus; mira et haud vulgaris. Capite triangulari, fere quadrato ſuperne, limbis acutis, mitræ ſacerdotali haud abſimili; oculis igneis. Pictura ex fuſco rubra granulis dilutius rubellis; a naſo per dorſum ad anum uſque tænia albicante; femora ex flavedine variegata; Pedes cum unguibus quaſi crenati et margaritis conſperſi. *Seba* p. 114. t. 71. n. 6. Inverſus n. 7. Anticis pedibus tetradactylis.

BVFO Braſilienſis, granis veluti conſperſus. *Seba* p. 114. t. 71. n. 8. Præcedentis ſpeciei; ſed dilute luteus, granulis rubris ſupra et infra obſitus; antici pariter ac poſtici pedes pendactyli. Clunium quoque latitudine hic vincit alios.

BVFO Americanus, minor, maculatus; Totus fere candicans, ex nigro et fuſco maculatus; capite perbrevi; Clunes lati. *Seba* p. 115. n. 9.

BVFO cornutus, et ſpinoſus, Virginianus, animal prodigioſum. Curtus et craſſus, binis acutis cornubus capiti impoſitis, quibus oculi protuberantes, proxime ad caput, inſiti ſunt. Cutis ſupra et infra ex cinereo flava, obſcure griſeis lineis variegata. Per dorſum lata tænia alba, punctis exiguis adſperſa. Cæterum totum corpus ſpinis pungentibus horret. Lemniſci

in

in pedibus. Digiti, fere humani, anterius quaterni, poſticitus quini; hi tunicis intermediis connexi. Caput inſigne, late patulo in rictu, lingua craſſa et lata, anterius maxillæ inferiori, prout in omnibus fere batrachis, accreta, parte poſteriore libera. Utrinque ad latera capitis macula nigra fundo albicanti inuſta. *Seba* p. 115. t. 72. n. 1. Mas. n. 2. Fœmina. Bufo Americanus rariſſimus, corpore majusculo et rotundo, *Vincentii* in deſcript. bufon. et ran. exot. p. 6. BVFO.

BVFO acephalus. Rana, Rubeta, Africana. *Seba* II. p. 37. t. 37. n. 3. varietates tres, omnes veneno noxiæ. Prorſus ovatæ figuræ, capite a trunco non niſi oculis diſtincto; quælibet exquiſitiſſimam picturam habet.

BVFO Braſilienſis, de Aguaquaquan dictus, orbiculatus. *Seba* p. 116. t. 73. num. 1. Bene paſtus; ex ruffo luteus, maculis umbroſis, ſubnigricantibus et granulatis punctis; maculæ quaſi flammas mentiuntur. Curti pictura gutturis elegans collare refert. Anticorum pedum tetradactyli in extremo latiusculi ſunt, poſtici pendactyli anſerini. Idem inverſus, n. 2.

BVFO Americanus, Pipal, Mas. Fœmina, Pipa dicta, per omnia major, cute laxior, et per totum corpus ſuperius puſtulis ſeu tuberculis, veluti margaritis, conſperſus; binos ſimul teſticulos orbiculares oſtendens; ſolas generationis partes hactenus tam extus, quam intus viſas. Venter totus ex cinereo flavus, quaſi ſutura conſutus ab oris parte ad nates uſque protenſa. *Seba* p. 122. t. 77 n. 4. Ibid. p. 121. n. 1. 2. et 3 Fœminæ. Sunt lato et plano corpore, brevi et rotundo capite, rictu amplo et late diducto, anterius in acutum convergente, fimbria quaſi reflexo. Cervicem a capite dividunt bini apices protuberantes. Laxa cervicis integumenta veluti collare rugoſum formant. Caput coloris ſaturate ſpadicei umbroſi, oculi minuti. Dilutioris coloris dorſum latum, ſphæricis ſcatet ocellis, fere æqualiter diſtantibus; in quibus ovula teſtacea, profunde defoſſa latitantia, et cruſtula membranacea tecta, aliquatenus extuberantia, ex ruffo lutea. Admiratione digna contemplatio inſoliti generandi modi in hoc animante, pullos ſupra dorſum in cute propria procreante, et quod magis in ſtuporem rapit, quod ſemen maſculinum cutim inter et perioſtium per ſingulare pororum vel meatus genus inſinuari, et inſinuatum ad generationem diſponi et incubari poſſit. Vide pluribus *autorem* de tribus fœminis,

BVFO. minis, de teſtis ovulorum, ex quibus pulli prodeunt; de pullis ipſis; nec non *Fr. Ruyſchium* Th. anim. I. f. 19. cum deſcriptione; inſimul *Levin. Vincentium* in peculiari opuſculo de Pipa. Digiti pedum anteriorum diſcreti ſunt, poſteriores pedes anſerini. Notandum tamen, quod ſecundum *Ruyſchium* pulli ex tergo Maris prodeant; juxta *Sebam* vero e dorſo Fœminæ.

BVFO minor, Americanus, rariſſimus; coloris cineracei, callis albicantibus per longitudinem dorſi; oculi magni, venter totus calloſus, et in fundo albo fuſcis maculis, marmoris inſtar, notatus; *Vincent.* de Ran. et buf. p. 50.

BVFONVM, ſive RVBETARVM, qui in Pruſſia vulgo appellantur: Böſe Kröten, Batrachi maligni, venenoſi, non niſi octo differentias olim obſervaſſe recordor, magnitudine, colore, fœdo aſpectu, puſtulis pedibusque inter ſe diverſos. *Maximus* eorum trunco et capite æquabat ſex cum dimidio pollices; aterrimi coloris, vultu limo, naſo elato, extuberantiis creberrimis a naribus per integrum dorſum ad anum uſque guttatus, oculis torvis, digitis pedum, raro exemplo, quinis; poſticis parumper, præter pollicem, membrana conjunctis, ut amphibion eſſe videretur; fundamentis murorum antiquis fatalis, quæ, Talparum more cuniculos fodiendo perveſtigat, præcipue ad loca uliginoſa, ubi imperare videtur ſolus, proſcriptis inibi locorum Ranis et Muſtelis. *Alter* tigrinus, ſuper cinereo fuſcis maculis marmoreis inſigniter variegatus, nunc Bareithanus, Muſei olim noſtri, digitis anticis quaternis, poſticis quinis, humeris latis, cruribus neglectis, quaſi fractis, et demiſſis, ut rependo terram ventre terere videatur. *Tertius*, ex nigro fuſcus, vulgaris, pratorum, proprie böſe Kröte dictus, hortos quoque noſtros inquinans, fragis valde nocivus, ſub quorum veſte polymita fœdum animal ſtabulatur, per hyemem in terra latitans. *Quartus:* Rubeta cellularis, in cellis vagatur, humorem ſalivoſum exſufflans; hic aliquando in ignem excitatum injectus, ſaliva ſua, ex poris et ex ore macilento, prorumpente, prout in ligno putrido vel madido igni commiſſo, id experimur, ad horæ fere minutam, contra flammarum vim ſeſe defendit, cujus et Chamæleontes naturæ ſunt; coloris ſuper hepaceo nigro-flavi, pedibus gracilioribus. *Quintus* capite trigono, et intra humeros poſito, trunco bene paſto ad clunes uſque producto, ſpina dorſi quaſi fracta, tænia ſordide lutea per dorſum decurrente, cæterum gilvi




1 Ellen.

gilvi coloris; inhiat aviculis et papilionibus, quas prætervolantes per ſaltus apprehendere et ingurgitare ſolet. *Sextus*, capite Ranarum æmulo, ſatis lepido, ſed maxime venenoſo, ut vel halitu ſuo et innocua et nociva animalcula, imo et araneas ſtupefacere et in victum ſuum decidere faciat; eſt enim voraciſſimus. Pictura ex fuſco rubra, quæ pro diverſitate luminis ſubviridem patitur refractionem; pedibus quaſi crenatis; inter omnes, quos vidi, ocyus graditur, aliquando mure celerior, pendactylus, clunibus bene poſitis. *Septimus* præcedenti longior, cucullatus et quadantenus ſpinoſus, capite perbrevi; baculo tentatus inflatur, rubiginem contrahens; naturali colore in ſuperna corporis parte loturæ carnis ſimili; inferne ex gilvo albicans, nigris punctis eminentibus varius. *Octavus*, prout Bufo *Sebæ* cornutus; cornubus ſed longe brevioribus capiti impoſitis, in quibus, vel iis proxime, oculi poſiti; rictu horrido oblongo, pedibus lemniſcis dilute cinereis, ſuper fuſco variegatis; reliquo Corpore profunde cinereo; ad latera profundius fuſco. BVFO.

§. LVIII.

Finem modo componimus; deſinunt otia noſtra, quibus inter labores et dolores, inter turbas, cruciatus et mœrores frui hactenus nobis licuit; Deſinunt omnino, attenuatis viribus noſtris. Jam unum neceſſarium penſitantes, ſchedulas, quæ ſupereſſe poſſunt, poſteris relinquimus: Patronis vero, Fautoribus, Amicis et genuinis Hiſtoriæ Naturalis Cultoribus lampada tradimus, omnique, qua par eſt, cultu, obſervantia, amore et affectu piisque votis cunctantius valedicimus.

Pro more accepto colophonem imponant TABVLÆ, quæ ſequuntur, QVADRVPEDVM generales:

TABVLA GENERALIS.

- *ORDO I.* PILOSA ET UNGULATA (vivipara) ſive *Ζωοτοκα.*
  - FAM. I. MONOCHELON. { Equus. Aſinus. } §. 4.
  - FAM. II. DICHELON.
    - Taurus. { Domeſticus. Ferus. } §. 5.
    - Aries. §. 6.
    - Tragus.
      - { Hircus. Ibex. Rupicapra. Gazella. } §. 7.
      - { Moſchus. Topho-Cephalus. *Grimmii.* Bezaarticus. Tragelaphus. Nanus (Guineenſ.) Giraffa. } §. 8.
    - Cervus. { Nobilis. Rangifer. Capreolus. Alce. Dama recentiorum. } §. 9.
    - Porcus. { Vulgaris. Moſchiferus. Babirouſſa. Acut-auris. } §. 10.
  - FAM. III. TRICHELON. Rhinoceros. §. 11.
  - FAM. IV. TETRACHELON. Hippopotamus §. 12.
  - FAM. V. PENTACHELON. Elephas. §. 13.
- *ORDO II.* PILOSA ET DIGITATA. (ſive ſint tota coriacea, ſive cataphracta; omnia vivipara.)
  - FAM. I. DIDACTYLON. { Camelus Silenus. } §. 16.
  - FAM. II. TRIDACTYLON. { Ignavus. §. 17. Tamandua. §. 18. }
  - FAM. III. TETRADACTYLON. { Tatu. §. 19. Cavia. §. 20. }
  - FAM. IV. PENTADACTYLON.
    - Lepus. §. 21.
    - Sorex. { Sciurus. Glis. Mus. Talpa. Veſpertilio. } §. 22.
    - Muſtela §. 23.
    - Acanthion. §. 24.
    - Canis. §. 25.
    - Lupus. §. 26.
    - Vulpes. §. 27.
    - Coati. §. 28.
    - Felis. { Catus. §. 30. Lynx §. 31. Pardus §. 32. Tigris. §. 33. Leo. §. 34. }
    - Urſus. §. 35.
    - Gulo. §. 36.
    - Satyrus. { Simia. §. 38. Cebus. §. 39. }

Con-

Allgemeines Tafel-Regiſter.

- **I. Ordn. Haarigte, derer Füße Hufen haben. (zeugen lebendige Jungen).**
  - **I. Fam. Einhufige.**
    - Pferd, Eſel §. 4.
  - **II. Fam. Zweyhufige.**
    - Stier. Boll
      - Haus-Boll, Wilder Stier §. 5.
    - Widder. Schaaf §. 6.
    - Bock
      - Haus-Bock, Stein-Bock, Gemſe, Antilop §. 7.
      - Muſcus-Bock, Schwulſtkopf, Bezoar-Träger, Bock-Hirſch, Zwerg-Böcklein, Camel-Pardel §. 8.
    - Hirſch
      - Edler Hirſch, Rennthier, Rehe, Elend, Dam-Hirſch §. 9.
    - Bork. Eber
      - Haus-Wildſchwein, Muſcus-Schwein, Babirous, Spitz-Ohr §. 10.
  - **III. Fam. Dreyhufige.** Naſehorn §. 11.
  - **IV. Fam. Vierhufige.** Nil-Pferd §. 12.
  - **V. Fam. Fünfhufige.** Elephant §. 13.
- **II. Ordn. Haarigte, derer Füße Zeen haben. (zeugen lebendige Jungen). Auch die Gepanzerte haben Haare.**
  - **I. Fam. Zweyzeege.**
    - Camel, Silen §. 16.
  - **II. Fam. Dreyzeege.**
    - Faule §. 17.
    - Ameiſenſchlucker §. 18.
  - **III. Fam. Vierzeege.**
    - Pantherthier §. 19.
    - Afterhaſe. After-Canin §. 20.
  - **IV. Fam. Fünfzeege.**
    - Haſe §. 21.
    - Nager
      - Eichhorn, Siebenſchläfer, Maus, Maulwurf, Fledermaus. §. 22.
    - Wieſel §. 23.
    - Stachelthier §. 24.
    - Hund §. 25.
    - Wolf §. 26.
    - Fuchs §. 27.
    - Halb-Fuchs §. 28.
    - Katze
      - Kater §. 30.
      - Luchs §. 31.
      - Parder §. 32.
      - Tyger §. 33.
      - Löwe §. 34.
    - Bär §. 35.
    - Vielfraß §. 36.
    - Satyr
      - Affe §. 38.
      - Meer-Katze §. 39.

Folge

TABVLA GENERALIS.

Continuatio *ORDINIS.* II.

- FAM. V. ANOMALOPES. Pentadaċtylon; pedibus anſerinis.
  - Lutra. §. 41.
  - Caſtor. §. 42.
  - Roſmarus. §. 43.
  - Phoca. §. 44.
  - Manati. §. 45.

ORDO III.

DEPILATA, ſive teċta ſive nuda, nequicquam piloſa, omnia ovipara, ſive ωοτοκα.

- TESTVDINATA. Teſtudo
  - Digitis diſcretis. §. 47.
  - Pedibus anomalis. §. 48.
- CATAPHRACTA. Crocodilus. Caimanus. §. 49. 50.
- NVDA. §. 51. (*)
  - Lacerta.
    - dorſo lævi. §. 52.
    - dorſo peċtinato. §. 53.
  - Salamandrina. §. 53.
  - §. 54.
    - Salamandra; ova in utero excludens.
    - Gekko.
    - Cordylus. Uromaſtix.
    - Scincus.
    - Seps, Lacerta Chalcidica.
  - Chamæleo. §. 55.
  - Batrachus.
    - Rana. §. 56.
    - Bufo. §. 57.

(*) Communiter confundi ſolent cum Serpentibus, quod prout Angues ſerpere videantur, e. g. Lacerta Chalcidica, Seps pedata diċta. Verum enim vero, negari nequit, ſerpentia eſſe animalia pedibus plane deſtituta, ſic non e re foret, pedata cum apodis commiſcere. Talis diſpoſitio monſtroſa nobis videretur, quod Angues dicendi Lacertæ monſtroſæ; prout fœtus reliquorum animalium pedibus carentes, imo humanum, monſtra appellamus: vide *Notam* (*) poſt tab. ſequentem lingua vernacula expoſitam. Inſuper gliſcere et ſerpere uno eodemque ſenſu non utimur. Gliſcere vel repere dicuntur animalia, quæ quatuor pluribusve ſeſe promovent pedibus breviſſimis; Serpentia ſ. Herpeta, quæ annularium in ventre inciſionum ope, flexuoſe juxta terram promoventur, et quieta in circulos plures convolvuntur. Ergo valde improprie Lacertæ ſerpere dicuntur; Sic *Aldrovandus:* „Serpens non uno ſemper „ſenſu accipitur, ſignificat aliquando omnia terreſtria animantia, quæ inter progre„diendum ſeſe non elevant, verum juxta ſolum repunt, licet quadrupeda ſint, ut „Seps et Salamandra, aut et pluribus gaudeant pedibus, ut Scorpio, Scolopendra &c. „et pediculis nonnulli Serpentis nomen impertierunt. „

Tafel-Regiſter.

- **Folge der II. Ordnung.**
  - **V. Fam. Fünfzeege, mit außerordentlichen, oder Gänſe-Füßen.**
    - Otter §. 41.
    - Bieber §. 42.
    - Wallroß §. 43.
    - Robbe. Roobe §. 44.
    - See-Ochs §. 45.
- **III. Ordn. Kahle. Ohnhaarigte; mit Zeen. (Alle tragen Eyer).**
  - **Schildträger (*).**
    - Schildkröte
      - mit loſen Zeen §. 27.
      - mit beſonderen Zeen §. 48.
  - **Gepanzerte.**
    - Crocodil. Caiman §. 49. 50.
  - **Nackte (**) §. 51.**
    - Eydex (§. 52. 53.)
      - mit ſchlechtem Rücken
      - mit Kamm-Rücken
    - Salamander-Eydex §. 53.
    - Molch, Geck, Brenn-Neſſel, Scinc, Schleicher. Kurzbein (§. 54.)
    - Cameleon §. 55.
    - Quäcker
      - Froſch §. 56.
      - Kröte §. 57.

(*) Von der Polniſchen Reuterey alſo genennet.

(**) Gemeiniglich werden die Ohnhaarigte und Nackte mit den Schlangen, oder kriechenden Thieren vermenget; wenn z. E. der Schleicher oder Kurzbein deswegen eine Schlange werden ſoll, weil er den Leib, wie eine Schlange, in krumme Wege, gleich denen Eydexen, beweget, und ſich geſchwinde fortbringet, daß man der Füße nicht gewahr wird; ich geſchweige, weil alle wahre Eydexen geſpaltene oder Schlangenzungen haben. Dieß beweiſet ſchon offenbar, daß die innern Theile allein, als: Zähne, Zungen, Gräten, auch die Eingeweide zu einer richtigen Ordnung nicht taugen, und zu einer allgemeinen Eintheilung der Thiere nicht brauchbar, obwohl ſie allerdings bey der Hiſtorie der Thiere ſelbſt zu derſelben Vollſtändigkeit unentbehrlich ſind. Es iſt nicht zu leugnen, daß alle kriechende Thiere, von Schlangen, bis auf die Regenwürmer, keine Glieder haben, die wir Füße nennen, hergegen die Geſchlechter der Eydexen unſtreitig vierfüßige Thiere ſind. Der Unterſchied iſt alſo gar zu groß, als daß ich ohnfüßige in die Ordnung der vierfüßigen Thiere verſtändlich und bequem anzubringen wüßte. Ich gedächte, es würde eine monſtröſe Ordnung werden. Wenn ein Menſchenkind ohne Füße gebohren wird, nennen wir es eine menſchliche Misgeburt, oder einen monſtröſen Menſchen, wenn auch alle übrige Theile menſchlich ſind; ſo dann rechnen wir daſſelbe nicht zu Schlangen- ſondern zu denen unordentlichen Menſchen-Körpern. Sollte ich aber wohl denken, die Schlangen wären monſtröſe Eydexen, deswegen müßte ich jene zu dieſen, oder dieſe zu jenen zählen; und wenn ich es thäte, ſo wäre meine Ordnung monſtröſe. Lebe ich, und meine Kräfte verlieren ſich nicht gar, ſo möchten die Schlangen ihre beſondere Ordnung ſchon finden, und eben ſo gut, wie ich hoffe, die vierfüßigen Thiere.

F I N I S.

RAIVS

in Præfat. Syn. Quadr.

Qui poſt *Geſnerum* et *Aldrovandum* Hiſtorias Animalium et Synopſes generaliter conſcribere aggreſſi ſunt, nihil laude dignum præſtitiſſe, nec ſufficienti animalium cognitione inſtructi fuiſſe videntur. Quid alii de iis ſentiant - - , non multum morabor; mihi certe non ſatisfaciunt.